НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

N. 1789.

VI-52

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Mathias Jżronuski

M: C:

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

μητρὸς ἰδοῦς.

ὀργὴ ἐστιν ὄρεξις, ὑπερβαίνουσα δὲ μῆνις. (Phocyl.) —

σκῆπτρον insigne erat regum ac sacerdotum Ili. II 185. Odys. XI. 90. — longitudinis ? ad 6 pedes. aliquando δορὺ hasta dicta est. Eur. Hecub. 9. πολυμνήστωρ φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί Polymnestor (rex Chersonesi) equorum studiosum populum hasta moderans. (ait Polydor.) — Justi. 43. c. 3. « Per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Graeci sceptra dixere. Nam et ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas coluere: ob cujus religionis memoriam adhuc deorum simulacris hastae adduntur. »

# ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ Η Α ΡΑΨΩΙΔΙΑ.

# HOMERI ILIADIS LIBER PRIMVS.

Cum verſione interlineari, & vocum omnium explicatione.

*In vſum Studioſæ Iuuentutis.*

*ROTHOMAGI,*

Apud IOANNEM LE BOVLLENGER, propè Collegium Societatis IESV.

M. DC. XLVIII.

16482.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

57

БИБЛІОТ. ИМПЕРАТ. НОВОРОСС. УНИВЕРСИТЕТА

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

К

# STVDIOSIS ADOLESCENTIBVS TYPOGRAPHVS:

*QVisquis Ομηρομάστιξ eſt, vapulet, ab huius crimine longè abſum, itaque nemo accuſet quod hic Homeri liber conciſus à nobis prodeat, quod auulſæ non modo aliæ ab aliis ſententiæ, ſed ſuis etiam ſedibus motæ voces, vtramque paginam impleant: denique quod Homerum non modo cœcum demus, ſed omni etiam ex parte mutilatum, vt Abſyrtus eſſe poßit qui Medeam inuenerit, quaſi ſit hoc diuiniſsimorum Poëtarum commune quoddam fatum, vt laniantium ſe veſaniæ patere debeant, quod Orpheo contigiſſe à Bacchantibus proditum eſt. In quo fortaſſe dicet aliquis, mulierculas rabie ſuperamus, quòd illæ incitatæ, nos quieti: furentes illæ, nos ſani & ſceleris bene conſcij ſæuiamus: ſed ehodum Adoleſcens, non ſentis à nemine magis Homero quàm à nobis in hoc opere tributum. Eſt enim factum Alexandri quamquam illuſtre & regium, Perſico narthecio volumen Homericum honeſtaſſe; minus tamen, quàm voces ſingulas ſeu totidem gemmas, auro proprio incluſiſſe: quod neſcio an præſtite-*



НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

rimus, conati certè ſumus, & Timanthis inuento ſumus vſi, cui cum Cyclops in tabella pictus eſſet, huius vt breui ſpatio molem comprehenſam corporis exhiberet, ſatyriſcos adhibuit, qui thyrſo ſeu decempeda pollicem dormientis metirentur, haud enim abſimiliter Homerum ſingulis veluti dimenſum articulis dedimus, quod etſi minutum videri poßit (ſeorſim ſi ſpectetur) iunctim tamen, illud quod quærimus efficit, maior vt appareat. Non igitur eſt à nobis ea re Principis Poëtarum maieſtas imminuta, quin plurimum potius adiuta & aucta. Neque vobis, Adoleſcentes, minùs interim conſultum, quibus hæc veluti pueris à nutricibus minuta & manſa ſunt, ac tantum in os non iniecta. Vtinam in oculos, qui animo vice oris eſſe debent. Tentate modò quod ea re iuuemini, & ſi emolumento fuerit, laboris mei me fructum incundiſsimum cepiſſe putatote.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

## SVBIECTVM PRIMÆ HOMERI
## ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Α ΟΜΗΡΟΥ
### RAPSODIAE.
### ΡΑΨΩιΔΙΑΣ.

Chryſes ſacerdos Apollinis, accedit
ΧΡύσης ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος παραγί-
ad nauale Græcorum,
νεται ἐπὶ τὸν ναύσταθμον τῶν Ἑλλήνων
volens redimere filiam
βουλόμενος λυτρώσασθαι τὴν θυγα-
ſuam Chryſeidem: non recipiens verò, ſed & cum
τέρα αὑτοῦ Χρυσηΐδα: οὐκ ἀπολαβὼν δὲ, ἀλλὰ καὶ μεθ'
contumelia repulſus ab Agamemnone: precatus eſt
ὕβρεως ἀποδιωχθεὶς ὑπὸ Ἀγαμέμνονος; ηὔξατο τῷ
Apollini aduerſus Græcos: peſte verò facta, &
Ἀπόλλωνι κατὰ τῶν Ἑλλήνων; Λοιμοῦ δὲ γινομένου, καὶ
multis vt par eſt pereuntibus, concionem
πολλῶν ὡς εἰκὸς διαφθειρομένων, ἐκκλησίαν
Achilles congregauit. Calchante autem diluci-
Ἀχιλλεὺς συνήγαγε. Κάλχαντος δὲ διασαφή-
dante veram cauſam, & iubente Achille
σαντος τὴν ἀληθῆ αἰτίαν, καὶ κελεύσαντος Ἀχιλ-
placari Deum Agamemnon iratus
λέως ἐξιλάσκεσθαι τὸν θεὸν Ἀγαμέμνων ὀργισθεὶς
altercatus eſt aduerſus Achillem, & ipſi præmium ab-
διηνέχθη πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, καὶ αὐτοῦ γέρας ἀπο-



НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ſtraxit Briſeidem: ille vero iraſcitur Græcis.
ἀφασε τὴν Βρισηίδα· ὁ δὲ ὀργίζεται τοῖς Ἕλλησι.
Thetis verò filio precante in Olympum aſcendens,
Θέτις δὲ τοῦ υἱοῦ δεηθέντος εἰς Ὄλυμπον ἀνελθοῦσα,
petiit à Ioue, vt Troianos ſu-
ᾐτήσατο παρὰ τοῦ Διὸς, ὅπως τοὺς Τρῶας ἐπι-
periores Græcis faciat. Iuno verò cognoſ-
κρατεστέρους τῶν Ἑλλήνων ποιήσῃ. Ἥρα δὲ γνοῦ-
cens iſtud, altercata aduerſus Iouem, quouſque ipſos
σα τοῦτο, διηνέχθη πρὸς τὸν Δία, ἕως αὐτοὺς
diſſoluit Vulcanus pocillatus in poculo au-
διέλυσεν Ἥφαιστος οἰνοχοήσας ἐν ἐπὶ πώματι χρυ-
reo. illi verò reliquum diei epulati in
σείῳ. οἱ δὲ τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας εὐωχηθέντες εἰς
ſomnum vertuntur.
ὕπνον τρέπονται.

## PARTICVLARVM EXPOSITIO.

Ὑπόθεσις τῆς ὑποθέσεως.) ε. contract. ſubiectum, ſuppoſitum fit à 2. perſ. paſſ verbi ὑποτίθημι ſuppono, præcipio, propono.

τῆς α.) hoc eſt τῆς πρώτης. primæ. In totidem enim libros diuiſa eſt Ilias, ſicut Odyſſea, quot ſunt elementa, quorum primum eſt α.

Ὁμήρου.) Poëta prius Meleſigenes dicebatur, quod ipſum mater Criteis iuxta Meletem amnem peperiſſet. Poſtea verò cùm cæcus factus eſſet, ὅμηρος dictus fuit, quaſi μὴ ὁρῶν non videns, à particula priuata μὴ, & ὁράω video.

ῥαψῳδία) ſic dicta eſt Homerica poëſis, quaſi conſutio, & contextura carminum, ex ῥάπτω ſuo, & ᾠδὴ cantilena, carmen. Cum enim ſparſim, & per partes iaceret, qui ipſam canebant, conſuebant.

ὁ Χρύσης τοῦ Χρύσου.) nomen Sacerdotis Apollinis, in Chryſa vrbe Troica, à qua fortè nomen ſumpſit.

Ἱερεύς) Sacerdos, ſacrificulus genit. εως, 3. contract. deriuatur ab ἱερεύω, ſacrifico.

Ἀπόλλων τοῦ ωνος.) deriuatur ab ἀπολύω ſoluo, libero: ſol enim qui per Apollinem intelligitur, liberat à morbis quando purè,

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

nitidéque lucét. Alioquin ἀπὸ τοῦ ἀπόλλειν, ſeu ἀπολλύειν, à perdendo.

προσεγγίνομαι.) accedo ſimplex γίνομαι, fio, γίνη, γίνετ).

ναυςαθμος.) nauale, ſex nauium ſtatio. Componitur à ναῦ, τῆς ναος, id eſt, nauis, & ςαθμος, ſtatio, diuerſorium.

Ἑλλήνων.) g. pl. à ſing. Ἑλλην, τοῦ Ἑλληνος. Quos Latinè Græcos vocant Græcè ἕλληνες dicuntur, ab Hellene Deucalionis filio,

βουλόμενος.) particip. præſentis βούλομαι, quod ſumit ſua tempora à βουλεομαι.

λυτρώσασθαι.) infinit. Aor. 1. medij verbi λυτρόω, ῶ, redimo: deducitur à τὸ λύτρον τοῦ λύτρου precium redemptionis, quod eſt verbale à 3. perf. paſſ. verbi λυω, ſoluo.

τὴν θυγατέρα.) Acc. ſing. quintæ ſimp. cuius nominat. ἡ θυγάτηρ filia. g. τῆς θυγατέρος θυγατρός.

αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ.) ſui ipſius.

ἀπολαβών.) particip. Aor. 2. verb. ἀπολαμβάνω, recipio, quod ſumit ſua tempora à λήβω.

ὕβρεως.) genitiuus Atticus pro ὕβριος, à nominat. ὕβρις, contumelia, 2. contract. à quo ὑβρίζω, contumelioſè ago.

ἀποδιωχθείς.) g. θέντος particip. Aor. 1. paſſ. à verbo ἀποδιώκω. repello, cuius ſimplex διώκω, perſequor.

ηὔξατο.) Atticè pro εὔξατο, 3. ſing. Aor. 1. verbi εὔχομαι, precor, voueo, glorior, fut εὔξομαι. Aor. 1. εὐξάμην, ξω, ξατο.

κατὰ) cum genitiuo aduerſus.

εἰκὸς τοῦ εἰκότος.) par, veriſimile, fit ab ἐοικὸς per ſyncopen, quod eſt partici. perf. medij ἔοικα verbi εἴκω aſſimilo cedo.

ἐκκλησία.) cœtus, concilium fit à perf. paſſ. verbi ἐκκαλέω, ῶ, euoco, conuoco, fut. έσω, vel ήσω.

συνήγαγον, γες, γε.) Aor. 2. verb. συνάγω, congrego.

διασαφήσαντος.) gen. ſing. particip. Aor. 1. verbi διασαφέω, ῶ, manifeſto, clarum facio, fut. ήσω quod deducitur ab adiectiuo ὁ καὶ ἡ σαφής, clarus, euidens.

κελεύσαντος. gen. partic. κελεύσας. Aor. 1. verb. κελεύω, iubeo.

Ἀχιλλέως.) gen. ſing. 3. contract. à nominatiuo Ἀχιλλεύς Achilles, qui quidem ita dictus fuit, quod non χιλῷ, hoc eſt alimonia ex frumento, aut ſimilibus, quæ feruntur, in ipſa infantia enutritus fuit, ſed pinguedine & medullis ferarum, quas Chiron. Centaurus, cui commiſſus fuerat, capiebat.

ἱλάσκεσθαι.) infinit. præſentis ἱλάσκομαι, placo, propitio, aliàs ἱλάσκω quod ab ἱλάω ſumit tempora.

ὀργισθείς.) particip. Aor. 1. verb ὀργίζομαι, iraſcor, quod fit ab



НБ ОНУ імені І.І. Мечнікова

ὀργὴ ira. Primitiuum autem ὀρέγομαι, appeto. Nam ὀργὴ, nihil aliud, quâm appetitus vindictæ.

διαστήτην, ης, η.) Aor.1.verb. διαφέρομαι altercor, litigo, tanquam ab ςνεχω.

το γέρας.) g. ατος, αος, ως, ς. contract. præmium. munus.

ἀπέασασι, ας, ε.) Aor.1.verb. ἀποσπάω, ῶ, abſtraho 2. circunflexorum, fut. άσω.

Θετις, τῆς, θέτιδος.) mater Achillis.

δεηθεὶς.) g. δεηθέντος particip. Aor.1.verb. δέομαι, rogo, & indigeo, fut. δεήσομαι.

ὄλυμπος.) Mons Theſſaliam à Macedonia dirimens, ita altus vt pro ipſo cœlo & deorum domicilio à poëtis capiatur. Dicitur autem quaſi ὁλόλαμπος omniuo ſplendens, vt non ſit mirum ſi pro ipſo cœlo capiatur.

ἀνελθὼν, ῦσα) particip. Aoriſt 2. verbi ἀνέρχομαι aſcendo, fut. ἀνελεύσομαι tanquam ab ἐλεύθω, & ſecundus Aoriſt.2. ἀνήλυθον, ἀνῆλθον per ſyncop.

ἠτησάμην σω, σατο.) Aor.1. medius verb. αἰτέω perf.

τῦ Διὸς.) gen. nominis heterocliti à Ζεὺς Iupiter, quod caſus obliquos ſumit à Δὶς inuſitato nominatiuo.

Τρῶας.) Acc.pl. à ſingulari τρὼς gen. τρωὸς. Dicti autem Troes à rege Troe.

ἐπικρατέςερος.) ſuperlatiuus, cuius poſitiuus ὁ κὴ ἡ ἐπικρατὴς, potens, validus 1. contract.

Ηρα τῆ ἥρας.) Iuno per eam, vt volunr ſcholiaſtæ, aër intelligitur allegorice, & dici volunt per tranſpoſitionem pro ἀὴρ quemadmodum & per Iouem æther.

γνοὺς, γνῦσα.) particip. Aor.2.verb. γινώσκω, cognoſco, tanquam à γνῶμι.

ἕως.) donec, cum leni, Aurora.

Ηφαιςος.) Vulcanus, dicitur quaſi ἀφαπὸς non palpabilis, ab ἀπὸ præpoſitione, quæ priuandi vim habet, & ἅπτομαι tango. Per Vulcanum autem ignis intelligitur allegoricè.

οἰνοχοήσας.) particip. Aoriſt.1. verb. οἰνοχοέω, ῶ, vinum fundo, quod fit ab οἰνοχόος, pincerna, quod componitur ab οἶνος vinum & χέω, fundo.

ἔκπωμα τῦ ἐκπώματος.) 5. ſimp. poculum, ſimplex πῶμα operculum: πόμα autem cum ο, potio.

χρύσειος.) aureus, alias χρύσεος, quod fit à χρυσὸς, aurum.

εὐωχηθέντες.) nom pl. particip. Aor.1. verbi εὐωχέομαι, ῦμαι, epulor, quod componitur ab εὖ bene, & ὀχὴ, cibus.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

# HOMERI ILIADIS PRIMA
# ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ Α.

## RAPSODIA.
## ΡΑΨΩιΔΙΑ.

peſtis, & ira.
λοιμὸς, καὶ μῆνις.

Prima ſupple, preces Chryſæ, peſtem exercitus,
Ilias
Ἄλφα λιταὶ χρύσου, λοιμὸν στρατοῦ,
inimicitiam regum, ſupple continet.
ἔχθος ἀνάκτων.

Iram cane Dea Pelidæ Achillis
ΜΗΝΙΝ ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
pernicioſam, quæ infinitis Achiuis dolores
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε'
poſuit,
ἔθηκε,
multas verò fortes animas ad orcum miſit
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
Heroum, ipſos autem prædas fecit canibus,
Ἡρώων· αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
auibuſque omnibus: Iouis autem perficiebatur voluntas:
Οἰωνοῖσί τε πᾶσι· Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή·

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Ἰλιὰς τῆς Ἰλιάδος.) liber, quo res apud Ilium geſtæ deſcribuntur.

ἡ μῆνις τῆς μήνιδος.) ira, ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι ab inſaniendo. Nam ira eſt breuis inſania, vel à μένω, maneo, & dicitur de ira quæ diu manet.

ἡ λιτή.) ſupplicatio, hinc & λίτομαι, ſupplico, cuius fut. λίσομαι, frequens apud Homerum.

τὸ ἔχθος.) gen. εος, ους, odium, inimicitia.

ἀνάκτων.) gen pl. à ſingulari ἄναξ, rex, ſed minus eſſe volunt ἄνακτα quàm βασιλέα, & dici ab ἀνάκτως aduerbio, quod ſedulò, & diligenter ſignificat. vt ſit ἄναξ idem quod ἐπιμελητὴς, hoc eſt curator. Nam & Caſtorem, ac Pollucem ἄνακας, dici, quod curam gerant nauigantium, & templum ipſorum ἀνάκειον.

ἀείδω.) & per craſin ᾄδω, cano. Inde ἀοιδὴ, & per craſin ᾠδὴ carmen. cantilena, & ἀοιδὸς, ᾠδός. Volunt autem ἀείδειν non eſſe ſimpliciter canere, ſed cum ſcientia, & componi ab α augendi particula, & εἴδω, ſcio. Debere autem poëtam, non vt cumque, ſed cum ſcientia canere.

Θεά.) Dea, per Deam ſuam γνῶσιν, hoc eſt cognitionem, poëtam alloqui vult Euſtatius.

Πηληϊάδεω.) pro Πηλείδου, quod eſt primæ ſimp. ſunt autem trIa notanda in hoc genitiuo πηληϊάδεω, diſſolutio ηϊ pro ει pleonaſmus α & Ioniſmus εω pro ου.

Ἀχιλῆος.) Ionicè pro ἀχιλλέως, eſt que genit. 1. contract. à nominat ἀχιλεὺς vel ἀχιλλεὺς cum duplici λ.

οὐλομένην.) vel eſt particip. Aor. 2 medij ὀλόμενην, verbi ὀλλύω ſeu ὄλλυμι perdo, quod ab ὀλέω, ſumit tempora, vt fit οὐλομένην, Ionicè pro ὀλομένην perdentem, pernicioſam. Iones enim vertunt ο in ου. Vel eſt adiect. compoſitum ab ὀλοὸς exitialis & τὸ μένος vis, robur, quaſi vim exitialem habens.

μυρία ἄλγεα.) infinitos dolores, accuſ. pl. à ſingulari μυρίος, α ον. infinitus, immenſus. Differunt autem μυρίοι, & μύριοι, accentu, & ſenſu nam μύριοι decem mille ſignificat.

ἄλγεα.) dolores à ſingulari τὸ ἄλγος, gen. εος, ους, 1. contract.

ἔθηκε, ας, ε.) Aor. 1. verb. τίθημι, pono, quod apud poëtas pro facio.

Ἀχαιοῖς.) dat. pl. 3 ſimp. Dicuntur autem Græci multis nominibus apud poëtas: nam & Achæi, Pelaſgi, Danaï, Argiui vel per ſynecdochen, vel à quibuſdam regibus.

ἰφθίμους.) accuſat. pl. adiect. ἴφθιμος, fortis, generoſus quod dicitur quaſi ἴφιμος, ab ἶφι aduerbio fortiter, ex quo & ἶφις ad-

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

iectiuum.
ἄϊδι,) dat. ſing. à nominatiuo ὁ ἄϊς infernus, Orcus, ſic dictus
ab α priuatiua, & εἴδω, video. Eſt enim infernus locus obſcurus,
ſubterraneus.
προΐαψεν.) 3. ſingul. Aor 1. verb. προϊάπτω mitto Euſtat. ſic ex-
plicandum cenſet, miſit ad infernum ante tempus cum damno, &
componit à πρὸ quod ante ſignificat, & ἴπτω, lædo, & per pleo-
naſmum ἰάπτω.
Ηρώων.) g. pl. à ſingulari ἥρως τȣ̃ ἥρωος. ſunt autem heroes,
quos Latini ſemideos vocant, dictóſque volunt ἀπὸ τȣ̃ ἔρωτος ab
amore honeſti videlicet, qui eos à terrenis ad res cœleſtes, & diui-
nas abducit.
τὰ ἑλώρια.) Acc. pl. à ſingulari τὸ ἑλώριον, quod eſt diminu-
tiuum ab ἕλωρ præda, quod fit ab inuſitato ἕλω, pro quo αἱρέω,
capio.
τεῦχε pro ἔτευχε.) poëtæ non ſeruant augmentum vbi verſus
neceſſitas exigit, eſt que imperfect. verbi τεύχω fabrico, facio.
κυνέσσι,) datiuus pluralis poëticus qui fit à nominatiuo plurali
κυνές.) cuius ſingularis κύων τȣ̃ κύνος & per ſyncop. κυνὸς, canis.
Dicitur autem κύων à verbo κύω oſculor.
οἰωνοῖσι.) Ioni. pro οἰωνοῖς, dat. 3. plur. ſimpl. οἰωνὸς, autem auis
augurium, ſed propriè de vulturibus, & carniuoris auibus quod
abſque ouo & ex ſolo aëre concipiant, ab οἶος, ſolus ὠὸν, ȣ, ouum.
ἐτελείετο.) epentheſis pro ἐτελέετο, tertia ſingul. imperf. verb.
τελέομαι ȣ̃μαι. Act. τελέω. ῶ, perficio.
βȣλὴ τῆς βȣλῆς.) conſilium, voluntas.

Ex quo certè primum diceſſerunt contendentes
Ἐξ ȣ̃ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε
Atrideſque rex virorum, & diuinus Achilles.
Ἀτρείδης τε ἄναξ ἀνδρῶν, καὶ δῖος Ἀχιλλεύς.
quis illos deorum, contentione impulit pugnare
Τίς τ' ἄρ σφῶε θεῶν, ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι.
Latonæ, & Iouis filius: ille enim regi iratus,
Λητοῦς, καὶ Διὸς υἱός; ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς,
Morbum per exercitum excitauit malum, peribant autem populi.
Νȣ̃σον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακὴν, ὀλέκοντο δὲ λαοί.

τὰ πρῶτα.) Atticè pro τὸ πρῶτον primum, ſic πολεμητέα pro

ГБ ОНУ імені І.І. Мечникова

πολεμητέον bellandum.

διαςήτην.) 3. dualis Aor. 2. verb. δίςημι, diſſidere facio, & ſiſto: ſed notandum quod vt plurimum huius verbi ἵςημι præſens,& futurum, & Aor.1.exigunt; ſecundus verò neutraliter ſignificat.

ἐρίσαντε.) nom. dual. particip. ἐρίσας, gen. ἐρίσαντος, quod eſt.Aor.1 à verbo ἐρίζω,contendo f.ίσω.

Ατρείδης.) gen. ου, ſimpl. eſt patronymicum. Intelligit Agamemnonem Atrei filium.

ανδρῶν.) g.pl 5.ſimp.ab ἀνὴρ, g. ερος per ſyncop ἀνδρὸς.

δῖος.) diuinus quaſi δίιος, à gen. διὸς cuius nominatiuus Ζεὺς, Iupiter,quaſi qui eſt à Ioue oriundus.

βασιλῆϊ.) Ionicè pro βασιλεῖ, à nominatiuo βασιλεὺς,rex,quod componitur à βάσις, fundamentum ,& λεὼς, populus, vt ſit rex quaſi fundamentum populi.

χολωθεὶς.) particip.Aor.1.verbi χολόομαι, iraſcor, quod deducitur à χόλος,ira.

νοῦσον.) Ionicè pro νόσον, morbum.

ὦρσα,ας,ε.)Aor.1.verb. ὀρνύω, ſeu ὄρνυμι excito, incito, impello,quod ſumit ſua tempora ab ὄρω, Æoles autem futuris in λω & ρω affigunt σ, ita vt pro ὀρῶ dicant ὄρσω, à quo fit Aoriſt.1 ὦρσα.

κακὸς,η,ον.) malus,ſit à χάζομαι euito,quia malum eſt euitandum.

ὀλέκοντο.)3 pl.imperf.verb.poëtici ὀλέκομαι, pereo.

λαὸς.) populus. Dicitur à nomine λᾶς τοῦ λαὸς, lapis, vel propter frequentiam,aut duritiem populi. Alij referunt etymologiam ad fabulam Pyrrhæ & Deucalionis.

eo quòd Chryſem dehonorauit ſacerdotem
Οὕνεκα τὸν χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα
Atrides: ille enim venit celeres ad naues Achiuorum
Ἀτρείδης· ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν
ſoluturus filiam , ferenſque infinita dona
Λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα
coronas habens in manibus longè iaculantis Apollinis,
Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος,
aureo cum ſceptro, & rogabant omnes Achiuos
Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιοὺς

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Atridas autem maximè duos inſtructores populorum,

Ἀτρείδα δὲ μάλιστα δύω κοσμήτορε λαῶν.

οὕνεκα.) ſyncop.pro οὗ ἕνεκα cuius cauſa, eo quod.

ἠτίμησε.) Aor.1.verb.ἀτιμάω,dehonoro.

ἀρητῆρ.) gen.τοῦ ῆρος, ſacerdos, propriè qui vota, & preces facit, diciturque Ionicè pro ἀρατὴρ, à tertia ſing.perf. verb. ἀρέομαι,precor,voueo fut.ἀρέσομαι.Ionicè ἀρήσομαι.

νῆας.) Ionicè pro ναῦς,à ſingul. ἡ ναῦς, τῆς ναὸς, & Ionicè νεὸς, nauis,deriuatur à νέω,nato.

θοὸς,η,ον.) celer à θέω,id eſt curro.

ἀχαιοὺς.)per Achæos,Græcos intelligit,ſynecdochicos,Achaia enim pars eſt Græciæ.

λυσόμενος.) particip.fut.medij verbi λύω, ſoluo, à quo & λύτρον.precium redemptionis.

θύγατρα.) ſyncop. pro θυγατέρα, accuſ. ſing. à nominatiuo ἡ θυγάτηρ,filia.

ὁ καὶ ἡ ἀπερείσιος.) quidam interpretantur infinitum, ab ἀ priuatiua particula, & πέρας fini sEuſthatius verò dici vult à verbo ἀπερείδω,defigo,quaſi mirabilis, ſeu qui oculos aſpicientium in ſe defigit.

τὸ ἄποινον.) pretium redemptionis, dicitur quaſi ἄφοινον, à cæde liberans,ab α particula priuandi,& φόνος cædes.

τὸ στέμμα, τοῦ στέμματος.) corona, fit à primo perf. paſſ. verbi στέφω,corono.

χερσὶν.)dat.pl.à ſingulari χεὶρ,manus,τῆς χειρός.

ὁ καὶ ἡ ἑκηβόλος.)longè iaculans. Componitur ab ἕκη longè, & βάλλω,iacio.

χρύσεος.) per contract. χρυσοῦς gen.έου,οῦ,dat.έῳ,ῷ, aureus,fit à χρυσὸς,aurum.

ἀνὰ.) hoc in loco idem quod σύν.

σκῆπτρον.) ſceptrum,ſeu baculus cui innitimur, fit à σκήπτομαι, incumbo,inhæreo.

ἐλλισσέμην,σου,σετο.) metri cauſa geminat σ eſtque imperf.quod more Æolico formatur à futuro λίσομαι, cuius præſens λίτομαι.

κοσμήτωρ τοῦ κοσμήτορος.) ornator, inſtructor, fit à 3.perf.paſſ. verb.κοσμέω,orno.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

Atridæque, & allii bene ocreati Achiui
Ἀτρεΐδαι τε, καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί
Vobis quidem Dij dent Olympicas domos habentes
Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
vaſtare Priami vrbem, bene verò domum redire.
Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι.
filiam verò mihi ſoluite charam, precia verò capite
Παῖδα δέ μοι λύσατε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθε
reuerentes Iouis filium longè iaculantem Apollinem.
Ἀζόμενοι Διὸς υἱὸν ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα.

ἐϋκνήμιδες.) nominat. plur. ab ἐϋκνήμις τοῦ καὶ τῆς ἐϋκνήμιδος bene ocreatus, quod componitur ab εὖ, id eſt bene, & κνημὶς τῆς κνημῖδος ocrea, cuius primitiuum ἡ κνήμη tibia.

δοῖεν.) ſyncop. pro δοίησαν, 3. plur. Aoriſt. 2. optat. modi verb. δίδωμι do.

ἐκπέρσαι.) Inf. Aor. 1. ἐκπέρθω vaſto, populor, expugno, cuius futur. σω.

οἴκαδε.) domum aduerb. loci. Componitur ab inuſitato nomine οἶξ, οἶκος & coniunctione δὲ quæ quando poſtponitur accuſatiuo loci, valet idem quod præpoſitio ἐς, εἰς, πρὸς.

ἱκέσθαι) Inf. Aor. 2. verb. ἱκνέομαι, οῦμαι, venio, quod ſumit ſua tempora ab ἵκομαι.

λύσατε) 2. pl. Aor. 1. imp. modi verbi λύω, ſoluo.

δέχεσθε) 2. pl. præſentis imperatiui modi verb. δέχομαι, capio.

ἅζομαι.) veneror, honorem exhibeo: primitiuum habet χάζομαι, quod ſignificat recedo, vt ſit ἅζομαι, recedere ab aliquo honoris cauſa & cedere loco. Eſt & actiuum ἄζω, quod cum leni ſcribitur, & ſignificat ſicco, areſacio.

Tunc alii quidem omnes aſſenſerunt Achiui
Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοὶ
reuereri ſacerdotem, & ſplendida accipere dona:
Αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα·
ſed non Atridæ Agamemnoni placuit animo,
Ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ſed malè dimittebat, durum verò ſermonem mandabat.
Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε.
ne te ſenex cauas ego apud naues deprehendam,
Μή σε γέρον κοιλῇσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω,
vel nunc cunctantem vel in poſterum rurſus venientem.
Ἢ νῦν δηθύνοντ' ἢ ὕστερον αὖτις ἰόντα.
ne tibi non proſit ſceptrum, & corona Dei.
Μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον, καὶ στέμμα θεοῖο.
hanc verò ego non ſoluam, priuſquam illam & ſenectus inuadat
Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν
noſtra in domo, in Argo longè à patria,
Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ἐν Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης,
telam texentem, & mei lecti participantem
Ἱστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν
ſed vade ne me irrita, ſaluior vt reuertatis.
Ἀλλ' ἴθι μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι.

ἐπευφήμησαν.) 3.pl.Aor.1.verb εὐφημέω, aſſentio, bona verba dico, ab εὖ id eſt bene, & φήμη, fama.

αἰδεῖσθαι.) præſens infinit. verb. αἰδέομαι, οῦμαι, fut. αἰδέσομαι, Aor.1. ἠδέσθην.

ἀγλαά.) ſplendida, idem quod αἰγλήεντα, ab αἴγλη, ſplendor.

δέχθαι pro δεδέχθαι.) poëtæ non ſeruant augmentum, vbi neceſſitas metri exigit, eſt autem inf.perf.verbi δέχομαι, capio.

ἥνδανον, ες, ε.) imper. verb. poëtici, ἁνδάνω, placeo, aliàs ἅδω.

θυμός.) gen. οῦ, animus, aliquando pro ira ſumitur, & dicitur quaſi θύον αἷμα, furens ſanguis.

ἀφίεον, εες, εις, εε, ει. imperfect. verbi, ἀφίημι, dimitto, tanquam ab ἱέω. verba enim in μι formant nonnumquam ſua imperf. à circumflexis.

τέλλω.) mando, & etiam orior. Notanda autem hoc in loco tmeſis qua poëtæ plurimùm vtuntur, debuit enim dicere ἐπέτελλε.

κρατερός, α, ον.) fortis, durus.

μῦθος.) ſermo ſimpliciter apud Homerum, ſed apud poſteros pro fabula.

γέρον.) voc.ſing.nominis γέρων τοῦ γέροντος, ſenex.

κοίλῃσι.) Ionicè pro κοίλαις, dat. plur. adiect. κοῖλος, η, ον, cauus.

νηυσί.) Ionicè pro ναυσί.

κιχείω.) metri cauſa κιχείω inuenio, aliàs κίχημι & κιχάνω.

δηθύνω) tardo, forte à δηθά, aduerbio quod multum, frequenter ſignificat.

ὕστερον.) poſterius vel in poſterum, ſuperlatiuum habet ὕστατος, poſitiuo autem caret νύ, particula expletiua χραίσμω, proſum.

τὸ γῆρας, τοῦ γήρατος αος, ως.) ſenectus. ἔπειμι, εις, εισι, inuado, ab ἐπὶ & εἶμι eo: τηλόθι & τῆλε, longè.

πάτρη τῆς πάτρης.) Ionicè pro πάτρα. ἱστὸς τοῦ ἱστοῦ, tela & malus nauis ab ἵστημι ſto.

ἐποίχομαι.) hoc in loco metaphoricè pro texo, ſed propriè peruado, τὸ λέχος gen. εος, ους, lectus à λέχομαι, cubo.

ἀντιόωσαν.) pleonaſmus pro ἀντιῶσαν, particip. accuſat. ſingul. numeri à verb. ἀντιάω ῶ, quod hoc in loco participo ſignificat, & aliquando regit genitiuum.

ἴθι) præſens imperatiui modi verbi εἶμι eo.

ἐρέθιζε.) præſens imper. præſent. ἐρεθίζω, irrito, fut. ισω, aliàs ἐρέθω.

σαώτερος, comparatiuus adiectiui, σάος, ſaluus, incolumis.

ὥς, vt κε.) particula quæ idem valet quod ἄν in proſa.

νέηαι.) Ionicè pro νέῃ quod eſt ſecunda præſentis νέωμαι, ſubiunctiui modi, ab indicatiuo νέομαι, redeo.

ſic dixit: timuit verò ſenex, & obediebat ſermoni,
Ὣς ἔφατ'. ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων, καὶ ἐπείθετο μύθῳ,
iuit verò ſilens iuxta litus multum ſtrepentis maris.
Βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
multum verò poſtea ſeorſum iens precabatur ſenex,
Πολλὰ δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε κιὼν ἠρᾶθ' ὁ γεραιὸς,
Apolloni regi, quem pulchricoma peperit Latona.
Ἀπόλλωνι ἄνακτι, τὸν ἠΰκομος τέκε Λητώ.
audi me argenteum arcum tenens qui Chryſam tueris
Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας
Cillamque valdè diuinam, Tenedoque fortiter imperas,
Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις,

ſminthen

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

ſmintheu ſi aliquando tibi gratioſum templum texi,
Σμινθεῦ, εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
vel ſi certe aliquando tibi pingues coxas combuſſi
Ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
taurorum, vel caprarum: hoc mihi perfice deſiderium,
Ταύρων, ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ,
ſoluant Danaï meas lachrymas tuis telis.
Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.

ἐφάμην ἔφασο ἔφατο.) Aor.2.med.verb.φημὶ,quod fit à φάω.

ἔδδεισε.) geminat. δ,metri cauſa, eſt que 3. ſing. Aoriſt.1. verb δείδω. ἐπείθετο,3.ſing.imperf.verb. πείθομαι, obedio, ſuadeo, actiuum πείθω,ſuadeo.

βῆ pro ἔβη.) 3.ſing.Aor.2.verb.βαίνω,tanquam à βῆμι.

ἀκέων.) tacens gen ἀκέοντος, particip. cuius thema non reperitur. Nam ἀκέω, habet aliam ſignificationem ſcilicet medeor. Componitur autem hoc participium ab α priuatiua particula & χαίνω, oſcito, aliàs χάσκω. Inde etiam aduerbium ἀκὴν tacite, abſque oſcitatione.

ὁ θὶν τοῦ θινός.) vel ὁ θὶς littus à verbo θείνω ferio, ita dictum quod feritur fluctibus, ſignificat etiam, aceruus, cumulus arenarum.

πολυφλοίσβοιο.) Ionicè pro πολυφλοίσβου, epithetum maris. Componitur autem à πολὺς & φλοῖσβος ſtrepitus: fit autem per onomatopœiam.

πολλὰ.) Atticè pro πολὺ multum. ἀπάνευθε ſeorſum. Eſt & ſimplex ἄνευθε.

ἠρᾶτο.) 3.ſing.imperf.verb.ἀράομαι,ῶμαι, precor, voueo. fut. ἀράσομαι.

γεραιὸς.) ſenex fit à γῆρας ſenectus

ἠΰκομος pro εὔκομος.) Ioniſmus & diſſolutio Componiturque ab εὖ & κόμη coma.

τέκε pro ἔτεκε.) ſing.Aor.2. verb.τίκτω, pario, quod ſumit ſua temp.tanquam à τέκω.

κλῦθι κλῦτ᾽ ὦ.) Imper.verb.κλῦμι 4in μι quod fit à κλύω.

μευ.) Doric.pro μου,aphæreſis pro ἐμοῦ,genit.ab ἐγώ.

ἀργυρότοξος.) argenteum arcum habens ab ἄργυρος argenteus,& τὸ τόξον,arcus.

Χρύσην.) Ionicè,pro Χρύσαν, à nominatiuo Χρύσα, vrbs Troa-



НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

dis, ex qua erat Chryſes.

ἀμφιϐέϐηκας.) 2.ſing.perf.verb. ἀμφιϐαίνω circumeo, hoc in loco tueor ſignificat. metaphora ſumpta ab excubitoribus, qui vrbem circumeunt.

ζάθεος,α,ον.) valde diuinus à particula agendi ζα, & θεός, Deus.

Τενέδοιο.) pro τενέδου à nominatiuo ἡ τένεδος, Tenedus inſula Troadi vicina in ipſis Helleſponti faucibus ſita.

σμινθεῦ.) voc.ſingul.3.contr. epithetum Apollinis. Deriuatur autem à σμίνθος, quod Cretenſium lingua ſoricem, ſeu murem ſignificat. Cretenſes quidam ſeditione pulſi à patria ſedes quærentes ſciſcitantur Apollinem in Delphis, qui reſponſum dat vt vbi γηγενεῖς, hoc eſt gigantes inuenerint, ibi ſedes ponant. Cùm in Troadem veniſſent nocte facta obdormierunt, mures autem è terra prodeuntes, coria ſcutorum & lora corroſerunt. Expergefacti autem Cretenſes intellexerunt Apollinem per γηγενεῖς, non homines prodigioſæ magnitudinis, ſed mures à terra genitos ex τῆς γῆς γεγενημένους, ſignificare. Itaque ibi ſedes collocarunt, & ſacellum in honorem Sminthei Apollinis ædificarunt.

εἰ.) coniunctio ſi.

ποτὲ.) indefinite captum vt in hoc loco reiicit accentum, & ſignificat aliquando. Cum autem prima acuitur, interrogatiuum eſt & quando ſignificat.

τοι.) Doricè pro σοί.

χαρίεντα.) Acc.ſing. à nominatiuo χαρίεις, gratioſus gen. εντος, fitque à χάρις, id eſt gratia.

νηὸν.) Ion. pro ναὸν, templum, à nominatiuo, ναός.

ἔρεψα.) Aor.1.verb. ἐρέφω, tego, à quo ὀροφὴ, tectum.

ὁ καὶ ἡ πίων, καὶ τὸ ον.) gen. ονος, pinguis.

τὸ μηρίον, diminutiuum à μηρὸς, coxa. Quidam dictum volunt Homerum ab articulo, ὁ & μηρὸς, quod alterum femur pilis obductum haberet.

ἔκηα.) Aor.1.verb. καίω, vro, aliàs habet ἔκαυσα. Nam mutuatur ſua tempora à καύω.

αἰγῶν.) g. pl. à nomine αἴξ τῆς αἰγὸς capra, fit à verbo ἀΐσσω, ſalio, plurimùm enim ſalit hoc animal.

κρήηνον.) 2.ſing. Aor.1. verb. κραίνω, perficio, cuius fut. κρανῶ, Aor.1. ἔκρηνα, & diſſolutione facta ἐκρήηνα.

ἐέλδωρ.) pleonaſmus pro ἔλδωρ, deſiderium, τοῦ ἔλδωρος, hinc & ἔλδομαι, deſidero.

τίσειαν.) 3.pl.Aor.1. optatiui Æolici à verbo τίνω, ſeu τίνυμι, ſoluo, & etiam vlciſcor, punio, fut. τίσω tanquam à τίω, fut.

НБ ОНУ імені І. І. Мечникова

τίσω, Aor. 1. ἔπσα, optat τίσαιμι, Æolicè τίσεια.

Δαναοὶ) dicuntur Græci à Danao antiquo rege.

σοῖσι.) Ionicè pro σοῖς.

βέλεσι.) dat. pl. à nomine τὸ βέλος, gen. εος, ους, telum, iaculum, ſitque à βάλλω, iacio.

ſic dixit precans, hunc verò audiebat Phœbus Apollo.

Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων.

deſcendit verò Olympi à verticibus iratus corde

Βῆ δὲ κατ' οὐλύμποιο καρήνων χωόμενος κῆρ,

arcum humeris habens, & circumtectam pharetram

Τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην,

clangorem reddiderunt verò ſagittæ ſuper humeros iraſcentis

Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο,

ipſo commoto, ille verò iuit nocti ſimilis.

Αὐτοῦ κινηθέντος, ὁ δ' ἤιε νυκτὶ ἐοικώς.

ſedebat poſtea ſeorſum à nauibus, immiſit verò ſagittam.

Ἕζετ' ἔπειτ' ἀπάνευθε νεῶν, μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε.

grauis verò clangor factus eſt argenteo arcu.

Δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο.

εὐχόμενος, partici. præſentis ab εὔχομαι, precor, opto, & glorior ſæpiſſimè apud poëtas.

Φοῖβος.) ſic dicitur ſol qui per Apollinem intelligitur, quaſi φαόβιος, lumen vitæ. Alij purum interpretantur.

κατέβη.) Aor. 2. verb. καταβαίνω, deſcendo, eſt enim τμῆσις.

καρήνων, ſubaudiendum ἀπὸ, eſtque genit. pluralis à ſingulari, τὸ κάρηνον, caput, vertex.

ὤμοισιν.) dat. pl. à ſingul. ὦμος, gen. ου, humerus. ὠμὸς, verò cum accentu in vltima eſt adiectiuum, crudus, & crudelis ſignificat.

ἀμφηρεφέα.) Acc. ſing. ab ὁ καὶ ἡ ἀμφηρεφής, καὶ τὸ ες, vndique circumtectus, componitur ab ἀμφὶ, & ἐρέφω, tego. Pharetra autem circumtecta, hoc eſt plena ſagittis.

φαρέτρην.) Ionicè pro φαρέτραν, dicitur quaſi φέρουσα τὰ τρῶ, δυναμένα, ferens quæ perforare ſeu vulnerare valent.

ἔκλαγξαν.) Aor. 1. verb. κλάζω, clamo, reſono, frango, propriè dicitur de telis, de grue, ſuibus, & alijs, fut. κλάγξω, inſerto γ, euphoniæ cauſa.

ἤιε.) diſſolutio pro ᾔει, 3. ſing. perf. med. verb. εἶμι, eo.

κινηθεὶς, τοῦ κινηθέντος.) partic. Aor. 1. paſſ. verb. κινέω, moueo.



НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

νὺξ τῆς νυκτός.) nox, fortè à νύσσω, pungo quòd pungat oculos.
ἐοικώς.) particip. perf. medij ἔοικα, à verb. εἴκω aſſimilo, cedo.
ἕζετο.) ſing. imperf. à verb. ἕζομαι, ſedeo.
νεῶν.) Atticè pro ναῶν, à ſing. ναῦς, τῆς ναὸς, & Att. νεώς.
μεθέηκε.) 3. Aor. 1. verb. μεθίημι, immitto.
ὁ ἰὸς τοῦ ἰοῦ.) ſagitta, ab ἵημι, mitto, ſignificat etiam venenum, quo videlicet ſagittæ inficiuntur.
δεινός, ή, όν.) grauis, terribilis, qui metum incutit, à τὸ δέος, gen. εος, ους, metus, at δειλὸς meticuloſus.
κλαγγή.) clangor. fit à ſupra dicto κλάζω.
βιός, οῦ.) neruus, arcus, ἀπὸ τῆς βίας à vi, hac enim opus eſt, ad tendendum arcum, ſed βίος paroxytonum vita.

mulos quidem primùm inuadebat, & canes celeres
Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς
ſed poſtea in ipſos telum exitiale immittens
Αὐτὰρ ἔπειτ᾽ αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς
iaciebat ſemper verò pyræ cadauerum comburebã-tur frequentes.
Βάλλ᾽, αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.
per nouem dies quidem per exercitum ibant ſagittæ dei.
Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο.
decima verò ad concionem vocauit populum Achilles.
Τῇ δεκάτῃ δ᾽ ἀγορὴνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς.
huic enim in mentibus poſuit dea albas vlnas habens Iuno,
Τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
ſollicita erat enim pro Græcis, quia morientes videbat.
Κήδετο γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο.
illi verò poſtquam igitur excitati ſunt & ſimul congregati fuerũt.
Οἱ δ᾽ ἐπεὶ οὖν ἤγερθεν, ὁμηγερέες τ᾽ ἐγένοντο.

Οὐρῆας.) duplex Ioniſmus pro ὀρέας, à ſing. ὀρεὺς mulus, ſic dictus ab ὄρος, g. εος, ους, mons, quia mulorum opera præcipue vtuntur in montibus.
ἐπῴχετο. ſing imperf à verbi, ἐποίχομαι, peruado.
κύνας.) Acc. pl. à ſingul. ὁ κύων τοῦ κυνός, & per ſyncop. κυνὸς canis ſic dicitur à κύω, oſculor. Iſtud enim animal amat oſculari.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ἀργὸς.) albus, item velox, quaſi valdè operans ab α augendi particula & ἔργον.

ὁ καὶ ἡ ἐχεπευκὴς, καὶ τὸ ές.) exitialis. componitur ab ἔχω habeo, & πεύκη, picea, per quam exitium, & pernicies intelligitur: hæc enim arbor ſemel ſecta, nunquam poſtea renaſcitur.

ἐφιεὶς.) particip. præſent. ἐφίημι, emitto.

πυραὶ.) nominat. pl. à ſingul. ἡ πυρὰ buſtum, rogus; primitiuum habet πῦρ.

καίοντο pro ἐκαίοντο.) 3 pl. imperf. à verb. καίομαι, vror.

θαμειὸς, α, ον.) aliàs θαμινὸς, frequens, quod fit ab aduerb. θάμα frequenter.

ἐννῆμαρ.) per nouem dies, aduerb. compoſitum ab ἐννέα, nouem & τὸ ἦμαρ dies.

τὸ κῆλον.) ſagitta, telum proprie ex ligno factum, quod ξύλον dicitur, fitque à καίω, vro, vnde & κάγκαλον epithetum hoc eſt combuſtibile.

φρεσὶ.) dat. pl. à ſingul. φρὴν τῆς φρενὸς mens: item diaphragma, ſeu ſeptum pectorale.

λευκώλενος.) componitur à λευκὸς albus, & ὠλένη, vlna.

κήδετο pro ἐκήδετο.) 3 ſing. imperf. à verb. κήδομαι, curo, ſum ſolicitus. Hinc τὸ κῆδος, cura, ſolicitudo, quod etiam affinitas ſignificat.

θνήσκοντας.) particip. præſent. θνήσκω morior, de quo videnda inueſtigatio.

ὁρᾶετο, ᾶτο.) 3. ſing imperf. verb. ὁράομαι, ῶμαι, cuius act. ὁράω, ῶ, video.

ἤγερθεν.) ſyncope Boëtica pro ἠγέρθησαν. 3. pl. Aoriſt. 1. paſſ. ἐγείρω, excito, cuius f. ἐγερῶ perf. ἤγερκα.

ὁμηγερέες, ὁμηγερεῖς,) nominat. pl. primæ contract. ὁ καὶ ἡ ὁμηγερὴς, εος, οῦς, ſimul congregatus, ab ὁμοῦ, & ἀγείρω.

his verò aſſurgens inter loquutus eſt pedib. velox Achilles.
Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.
Atride nunc nos rurſum errantes puto
Ἀτρεΐδη νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω
retro reuerſuros, ſi mortem fugerimus.
Ἂψ ἀπονοστήσειν, εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν.
ſi certè ſimul bellumque domat, & peſtis Achiuos,
Εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς,



НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

ſed age certè quendam vatem interrogemus aut ſacerdotem,
Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα,
aut etiam ſomniorum interpretem, etenim inſomnium à Ioue eſt,
Ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ διός ἐστιν,
qui dicat, quid tantum iratus eſt Phœbus Apollo:
Ὅς κ' εἴποι, ὅ, τι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.
ſi ille precationis cauſa conqueritur, aut hecatombæ,
Εἴτ' ἄρ ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, ἢ ἑκατόμβης,
ſi quodammodo agnorum nidoris, caprarumque maturarum
Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσσης, αἰγῶν τε τελείων
vult particeps factus nobis perniciem repellere.
Βούλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.

ἀνιστάμενος.) partic. præſent ἀνίσταμαι, ſurgo, cuius act. ἀνίστημι, ſurgere facio, à cuius 2. ſing. perf paſſ. fit. ἡ ἀνάστασις, reſurrectio.

μετέφη.) 3. ſing. Aor. 2 verbi μετάφημι interloquor.

πόδας.) Acc. plur. à ſingul ποῦς τοῦ ποδὸς pes, fit à παύομαι, ceſſo, quòd ibi corpus deſinat.

ὠκύς, εια, υ.) celer, velox, gen. εος, ειας, εος.

ἄμμε.) Acc. Æolicè pro ἡμᾶς, à ſingul ἐγώ.

παλιμπλαγχθέντας. Acc. plur. partici. Aor. 1. paſſ. verb πλάζω, errare facio cuius fut. πλάγξω, inſerto γ euphoniæ cauſa, perf. πέπλαγχα perf. πέπλαγμαι, Aor. 1. ἐπλάγχθην, in paſſiua voce, ſignificat error, πάλιν autem rurſum ſignificat vnde compoſitum παλιμπλαγχθεὶς, θέντος. Sciendum autem quod Græci cum ad bellum Troicum profecti ſunt, à recta via aberrarunt: priùs enim in Myſiam, Telephi regnum, quæ ſupra Troadem, verſus, Septentrionem eſt deſcenderunt: ad quod nunc alludit Achilles.

οἴω.) puto, tantùm apud poëtas vſitatum, οἴομαι, verò, ſeu, οἶμαι, apud proſaice ſcribentes.

νοστέω, ῶ.) retro abeo, fut. ήσω.

φύγοιμεν.) prima pl. Aor. 2. optat. verb. φεύγω. fugio.

πόλεμος.) bellum dicitur παρὰ τὸ πόλεις μειοῦν, à diminuendis vrbibus, λοιμὸς τοῦ ὁ pestis.

ὁ μάντις τοῦ μάντεως.) vates primitiuum habet μαίνομαι, inſanio furore enim diuino ciebantur vates, dum futura prædicebant.

ἐρείομεν.) epentheſis pro ἐρέομεν. Corripit verò penultimam

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

metri cauſa. Debuit enim eſſe ω, ſic & ἴομεν, pro ἴωμεν, eamus.
ἐρέω, autem apud Homerum interrogo ſignificat, à quo & ἐρεείνω
idem ſignificans.

ἱερῆα. Ionicè pro ἱερέα à nominat. ἱερεὺς Sacerdos, quod fit ab
ἱερεύω, ſacrifico cuius primitiuum ἱερὸς, ſacer.

ὀνειροπόλος.) ſomniorum interpres, ſeu qui circa ſomniorum
interpretationem verſatur, ab ὄνειρος, inſomnium, & πολέω ver-
ſor. Dicitur autem ὄνειρος quaſi τὸ ὂν εἴρων, dicens id quod eſt.
Nam vt ait poëta καὶ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστι. A Ioue enim ſomnium
eſt nec ſemper falſum. Eſt autem ὄναρ indeclinabile. Ponunt ta-
men differentiam inter ὄναρ & ὕπαρ, vt ſit ὕπαρ, verum ſomnium,
ὄναρ verò falſum.

εἴποιμι, οις, οι.) opt. ab ἔπω, dico.

εὐχωλή.) precatio: votum ab εὔχομαι, precor.

μέμφω.) ſeu μέμφομαι, queror, hinc μεμφὴ & μέμψις, querela.

ἑκατόμβη.) centum boum ſacrificium ab ἑκατὸν centum, & βοῦς
bos, ſumitur tamen ſimpliciter pro ſacrificio.

ὁ ἀρνὸς τοῦ ἀρένος.) per ſyncop. ἀρνὸς, agnus. Eſt etiam ἀρνὸς τοῦ
ἀρνοῦ.

τέλειος.) perfectus, hoc eſt maturus, ex τέλος, finis, à quo & τε-
λέω, perficio, ad finem perduco.

βούλομαι, ει, εται.) volo ſumit tempora à βουλέομαι.

ἀντιάσας.) partic. Aor 1. verbi ἀντιάω, participo, de quo ſupe-
riùs dictum ἀμῦναι, inf. Aor. 1. verb. ἀμύνω, repello, auxilior, v-
ciſcor, hinc ἄμυνα, auxilium, defenſio, vltio. Componitur autem
ab α particula priuat. & μονὴ, mora, manſio, vt ſit ἀμονεῖν, abſque
mora & tardatione auxiliari.

λοιγὸς τοῦ λοιγοῦ.) pernicies, exitium fit per tranſpoſitionem ab
ὀλίγος modicus, paucus, quaſi ὀλιγῶν, diminuens, & ex multis pau
cos efficiens.

certè ille ſic loquutus ſedebat. illis verò aſſurrexit
Ἤτοι ὅγ᾽ ὣς εἰπὼν κατ᾽ ἄρ᾽ ἕζετο. τοῖσι δ᾽ ἀνέστη
Calchas Teſtoris filius augurum longè optimus,
Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ᾽ ἄριστος,
qui nouerat quæ ſunt, & quæ futura ſunt, & quæ priùs erant
Ὃς ᾔδη τά τ᾽ ἐόντα, τά τ᾽ ἐσσόμενα, πρό τ᾽ ἐόντα,
& nauibus dux fuit Achiuorum ad Ilium
Καὶ νήεσσ᾽ ἡγήσατ᾽ Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω



НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

ſuum ob vaticinium , quod illi præbuit Phœbus Apollo
Ην διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων
qui ipſis beneuolus concionatus , & interloquutus eſt.
Ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο , ϗ μετέειπεν.

ἦτοι,) ſanè aduerb.affirmandi,aliàs coniunctio ſeu ſiue.

εἰπών.) particip.Aor.2.verb.ἔπω,di co.ἑζόμην,ζου,ζετο.imperf. verb.ἕζομαι,ſedeo.

ἀνέστην,ης,η.) Aor.2. verb. ἀνίστημι, huius verb. præſens fut. & Aor.1.exigunt vt plurimùm ſignificationem actiuam; Aoriſt.verò ſecundus neutraliter ſignificat. Itaque ἀνίστημι, ſurgere facio, ἀνέστην,vero ſurrexi.

Κάλχας τοῦ αντος.)nomen vatis apud Græcos celeberrimi,quem & poëta ipſis itineris ducem fuiſſe ait. Erat autem Eubœenſis, & vnus ex poſteris Abantis , vt vult Porphyrius , ſciendum autem quod χάλχη,idem quod πόρφυρα eſt purpuram ſignificat, ex qua fit κάλχας ὁ πορφύρων, hoc eſt profunde cogitans vaticinia aut alia quædam.

Θεστορίδης.)g.ου,nomen patronymicum filius Theſtoris.

οἰωνοπόλος.) qui circa aues verſatur, augur ab οἰωνός , auis & πολέω.ὄχα pro ἔξοχα eximie,eminenter,ab ἐξέχω,emineo.

ἄριστος.) ſuperlat.ab ἀγαθὸς,bonus, comp. ἀρείων.

ᾔδη.)Atticè pro εἴδει. eſt tertia ſing. pluſquam prrf. ab εἴδω ſcio,cuius fut. εἴσομαι,vel εἰδήσω ab εἰδέω perf.εἴδηκα,per ſyncop. εἴδεα pluſquam perf.εἴδειν,εις,ει,Att.η.

ἠγησάμην,ω,ατο,Aor.1.

εἴσω.) pro εἰς ad.

ἥν.) accuſat ſing.pronominis poſſeſſiui.3.perſonæ , ὅς, ἥ,ὅν, g. οὗ, ῆς,οὗ,acc ὅν,ἥν,ὅν.

μαντοσύνη ) vaticinium,aliòs μαντεία, τήν pro ἥν,quam.

πόρε pro ἔπορε.)3.ſing.Aor.2.à verb.πορέω,præbeo.

σφίν.) ſyncope pro σφίσι, dat. pl. pronominis ὅς tertiæ perſonæ.

εὐφρονέω.)beneuolus ſum,ſimplex φρονέω,ſapio,cogito.

ἀγορήσατο.) 3.ſing. Aoriſt.1.medij verb. ἀγορέω,concionor.fut. ήσω.

O Achilles iubes me Ioui chare loqui,
Ὦ Ἀχιλεῦ, κέλεαί με Διῒ φίλε μυθήσασθαι

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

iram Apollinis longè iaculantis regis.
Μῆνιν Ἀπόλλωνος ἑκατηβελέταο ἄνακτος.
tibi enim ego dicam, tu verò paciſcere, & mihi promitte
Τοὶ γὰρ ἐγὼν ἐρέω, σὺ δὲ σύνθεο, καί μοι ὄμοσσον
certè mihi promptus verbis, & manibus auxiliari
Ἦ κέν μοι πρόφρων ἔπεσιν, καὶ χερσὶν ἀρήξειν,
certè enim puto virum iratum iri, qui valde omnibus
Ἦ γὰρ οἴομαι ἄνδρα χολωσέμεν, ὃς μέγα πάντων
Argiuis dominatur, & illi obediunt Achiui,
Ἀργείων κρατέει, καί οἱ πείθονται Ἀχαιοί,
potentior enim rex quando iraſcitur virò inferiori,
Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ,
ſi enim iram & ea ipſa die concoxerit
Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
ſed & in poſterum habet iram, donec perfecerit
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ
in pectoribus ſuis, tu verò dic ſi me ſaluabis.
Ἐν στήθεσιν ἑοῖσι, σὺ δὲ φράσαι εἴ με σαώσεις.

κέλεαι.) Ionicè pro κέλῃ, 2. ſing. præſent. κέλομαι, iubeo.
μυθήσασθαι.) fut. infinitiui modi verb. μυθέομαι, οῦμαι, loquor, ſermocinor à μῦθος ſermo.
Μῆνιν.) Acc. ſing. à μῆνις, de quo ſuperiùs.
ἑκατηβελέταο.) Æolicè pro ἑκατηβελέτου, g. 1. ſimp. à nom. ἑκατηβελέτης, longè iaculans, ab ἑκὰς longè, & βέλος, iaculum. Quidam compoſitum volunt ab ἑκατὸν centum & βέλος, eo quod Apollo centum ſagittas in Pythonem ſerpentem effuderit.
ἐρέω.) diſſolutio pro ἐρῶ, fut. verb. ἀγορεύω, loquor, tanquam ab εἴρω, dico.
σύνθεο.) diſſolutio pro σύνθεσο, vel potius σύνθου, imperat. Aor. 2. medij verb. συντίθημι, compono, paſciſcor, fut. συνθήσω, Aor. 2. συνέθην. Aor. 2. medius συνεθέμην.
ὄμοσσον, σαίσω.) Aor. 1. imper. modi à verb. ὀμνύω ſeu ὄμνυμι, iuro quod ſumit ſua tempora ab ὀμόω.
ἦ.) aduerb affirmandi certè, ſanè.
ὁ καὶ ἡ πρόφρων, καὶ τὸ ον.) gen ονος, promptus, alacris.
ἔπεσιν.) dat. pl. à ſing. τὸ ἔπος, εος, ους, ſermo, verbum: ſed pro-

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

priè menſuratus ſermo, carmen.

ἀρήξειν.) fut. infinit. verbi ἀρήγω, auxilior. Hinc ἀρωγὸς, & ἀρηγὼν, ονος, auxiliator.

ὀΐομαι.) diſſolutio pro οἴομαι puto.

μέγα.) pro μεγάλω, valdè.

Ἀργείων.) gen. pl. à ſingulari ἀργεῖος. Dicuntur Græci Argiui Ἀργεῖοι ab Argo nobiliſſima Troïci belli temporibus totius Græciæ ciuitate, ſita in Peloponneſo. Poſt tamen euerſam Troiam Athenæ & Sparta principem locum tenuerunt.

πείθω.) ſuadeo, πείθομαι, ſuadeor & obedio.

κρείσσων.) vnus ex comparatiuis adiect. ἀγαθὸς, bonus, cuius ſuperlat. κράτιστος.

χώσομαι σῃ σεται.) fut. verb. χώομαι, iraſcor.

χέρηϊ.) ſyncop. pro χερείονι à nominat. χερείων, peior, deterior, cuius poſit. κακὸς malus. ſuperl. χείριστος.

αὐτῆμαρ) aduerb. ea ipſa die, compoſitum ab αὐτὸ & ἦμαρ, dies.

πέψω, ῃς, ῃ.) Aor. 1. ſubiunct. modi à πέπτω, coquo, digero, panem facio.

μετόπισθεν.) à tergo, in poſterum ſimplex ὄπισθεν.

κότος.) ira inhærens diu animo, ex κεῖμαι, iaceo, compoſitum ἔγκειμαι, inhæreo.

στήθεσι.) dat. pl. à ſing. τὸ στῆθος, g. εος, ους, pectus.

ἑοῖσι.) pro οἷς, ſuis.

φράσαι, φράσω.) Aor. 1 med. imperatiui modi, à verbo φράζω, loquor.

σαώσω, σεις, σει.) fut. à verb. σαόω, ſaluo, aliàs σώζω.

hunc autem excipiens, alloquutus eſt pedibus celer
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος, προσέφη πόδας ὠκὺς
Achilles.
Ἀχιλλεύς.

confiſus valdè dic vaticinium quod noſti
Θαρσήσας μάλα εἰπὲ θεοπρόπιον ὅ, τι οἶσθα
non per Apollinem Ioui dilectum cui tu Calchas
Οὐ μὰ γ' Ἀπόλλωνα Διῒ φίλον, ᾧ τε σὺ Κάλχαν
precans, Danais diuinas prædictiones manifeſtas
Εὐχόμενος, Δαναοῖσι θεοπροπίας ἀναφαίνεις,

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

non quis me viuente, & in terram aſpiciente,
Οὔ τις ἐμεῦ ζῶντος, καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,
tibi cauas apud naues graues manus inferet
Σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει
omnium Danaorum, neque ſi Agamemnonem dixeris,
Συμπάντων Δαναῶν, οὐδ' ἢν Ἀγαμέμνονα εἴπης,
qui nunc multùm optimus in exercitu gloriatur eſſe.
Ὃς νῦν πολλὸν ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὔχεται εἶναι.

ἀπαμειβόμενος.) particip. præſentis ἀπαμείβομαι, alterno, alternatim quid facio, viciſſim reſpondeo, retribuo, rependo, eſt & actiuum, ἀμείβω, inde ἀμοιβὴ retributio.

θαρσήσας.) partici. Aor. 1 verbi θαρσέω, ῶ, confido quod fit à θάρσος, confidentia, à quo & θαρσαλέος, vel Atticè θαῤῥαλέος, confidens.

εἰπέ.) Aor. 2. imperatiui modi ab ἔπω, dico.

θεοπρόπιος.) vel ἡ θεοπροπία, diuinitus facta reuelatio, prædictio, ſicut & θεοπρόπος, qui diuinitus prædicit, propheta, παρὰ τὸ θεόθεν προειπεῖν, à diuinitus prædicendo.

ὅς τις, ἥ τις, ὅ, τι.) quicunque quiſquis.

οἶσθα.) ſyncop. pro οἴδασθα. Æolicè pro οἶδας, 2. ſing. perf. medij à verb. εἴδω, ſcio.

μάλα) valde μᾶλλον, magis, μάλιστα, maximè.

μά.) per affirmandi vim habet.

Κάλχαν.) voc. ſing. à nomine Κάλχας.

φαίνω.) oſtendo fut. φανῶ 5. baryt.

ἐμεῦ pro ἐμοῦ.) Doricè.

ζῶντος.) gen. ſing. partici. ζάων, ῶν, à verbo ζάω, ῶ, viuo.

ἡ χθὼν τῆς χθονὸς, τῇ χθονὶ, terra.

δερκομένοιο.) pro δερκομένου, gen. ſing. partici. præſentis medij δέρκομαι, cuius actiuum, δέρκω, aſpicio.

συμπάντων.) omnium ſimul, compoſitum ex σὺν præpoſitione cum & πᾶς, πᾶσα, πᾶν, omnis.

πολλὸν.) multum aduerb poëticum pro πολύ.

ἄριστος.) optimus, ἀρείων, melior, ἀγαθὸς, bonus.

ἐνὶ.) Atticè, pro ἐν, in.

εὔχομαι, ῃ, εται.) glorior, aliàs precor, voueo, opto.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

& tunc certè confidit, & loquebatur vates irreprehenſibilis,
Καὶ τότε δὴ θάρσησε, καὶ ηὔδα μάντις ἀμύμων.
neque ille precationis conqueritur, neque hecatombæ
Οὔτ' ἄρ ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὔθ' ἑκατόμβης,
ſed cauſa ſacerdotis, quem dehonorauit Agamemnon,
Ἀλλ' ἕνεκ' ἀρητῆρος, ὃν ἠτίμησ' Ἀγαμέμνων,
neque ſoluit filiam, & non accepit dona:
Οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα, καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα.
ideo dolores dedit longè iaculans, atque adhuc dabit,
Τοὔνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκεν ἑκηβόλος, ἠδ' ἔτι δώσει,
neque ille priùs à peſte graues manus amouebit,
Οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει,
priùſquam patri charo reddiderimus nigros oculos habentem puellam
Πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώ-
πιδα κούρην
inemptam, ſine pretio, duxerimuſque ſacram hecatombem
Ἀπριάτην, ἀνάποινον, ἄγειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην
ad Chryſam, tunc ipſum placantes perſuaſerimus.
Ἐς Χρύσην, τότε κέν μιν ἱλασσάμενοι πεπίθοιμεν.

ἀμύμων, ονος.) irreprehenſibilis, ab α priuatiua & μυμάω, ῶ, reprehendo.

ἄρ pro ἄρα.) hoc eſt ſanè.

ἠτίμησα, σας, σε.) Aor.1.verb. ἀτιμάω, dehonoro.

ἀπεδεξάμην, ξω, ξατο.) Aor.1.verb. ἀποδέχομαι, accipio, approbo.

τοὔνεκα.) pro τοῦ ἕνεκα, huius cauſa, ponitur autem articulus præpoſitiuus pro demonſtratiuo.

ἔδωκα, κας, κε.) & obſequentem vocalem κεν. Aor.1.verb. δίδωμι do, fut. δώσω, tanquam à δόω.

ἀπέχω.) fut. ξω, hoc in loco pro amoueo, atque Euſthatius ἀπέχειν ἄποθεν ἔχειν, τὸ παρέχειν, ἐγγὺς ἔχειν, ἀπέχειν, ſeorſum tenere, τὸ παρέχειν, propè tenere.

βαρύς, εῖα, ύ.) grauis.

πρίν.) priùs, vt plurimum præcedit infinitiuum.

δόμεναι.) Doricè pro δοῦναι, inf. Aor.2. ἔδων à verb. δίδωμι.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

ἑλικώπις τῆς ἰδος.) nigros oculos habens ab ἑλικὸς, niger, & ὤψ, ὠπὸς, oculus: vel quæ ob pulchritudinem in ſe flectit aſpicientium oculos, ab ἑλίσσω, flecto.

κούρην.) Ionicè, pro κόρην, puellam.

ἀπρίατος, η, ον.) inemptus, ab α priuata particula, & inuſitato πριάω, pro quo πρίαμαι.

ὁ καὶ ἡ ἀνάποινος.) pro cuius redemptione nulla ſoluta ſunt ἄποινα, hoc eſt pretia, de quo ἄποινα ſuperiùs dictum.

ἱλασσάμενοι.) nom. pl. participij Aor. 1. medij verbi ἱλάσκω placo, quod ſumit ſua temp. ab ἱλάω.

ἐπ' αὐτῶν δ'.) ſubaudi μηρῶν, deinde ſuper ipſa femora omento conſperſa ὠμοθέτησαν, ab omni parte cruda portiunculam acceptam femoribus adiiciebant, ne nulla pars carnium Deo ſacratarum neglecta videretur, ſed victima hac ratione quodammodo videretur Deo tota incendi. Componitur autem ὠμοθετεῖν ab adiectiuo ὠμὸς crudus & θετέω, quod fit à τίθημι, pono.

καῖε pro ἔκαιε.) 3. ſing. imperf. verb. καίω vro, cuius fut. καύσω, tanquam à καύω.

σχίζης.) Ionicè pro σχίζαις, à ſingulari σχίζα, lignum fiſſile, quod fit à σχίζω, findo.

ἐπὶ.) refertur ad λεῖβε pro ἐπέλειβε inſuper libabat, à λείβω. Vinum autem libabat hoc eſt inſpergebat in id quod coquebatur. Αἴθοπα autem οἶνον dicit ab αἴθω, ardeo, ſed alia ratione. Affirmant enim nonnulli per hoc intelligi nigrum, cuius coloris ſunt quæ aduſta ſunt ligna. Idcirco Homerus antea dixit οἴνοπα πόντον. Nigra autem potius, quàm alba, in hunc vſum eſſe commodiora, quòd eſſent fortiora, & generoſiora. Quandoquidem vinum quod libabatur, merum erat, nec vllatenus dilutum, ſignificabat enim oportere mentem ſacrificantium integram eſſe, & omni dolo mendacioque vacuam.

ἔχον pro εἶχον, tenebat.

πεμπώβολα.) quinque verua, vox compoſita à πέμπε, quod pro πέντε, ie eſt quinque Æoles dicunt, & ὀβελὸς veru. Numerus autem carminis ο in ω mutat pro πεμπόβολα πεμπώβολα faciens. Herodotus autem dum Homerum Æolenſem fuiſſe contendit, hinc probat quod dum meminit carnium, quæ à ſacerdote vrebantur ilia tacuit, μονώτατον γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὸ Αἰολικὸν ἔθνος οὐ καίει ὀσφύν, hoc eſt. Ex omni gente Græca ſola Æolica non cremat ilia. Poſtmodum ſubdit Αἰολέες γὰρ μόνοι τὰ σπλάγχνα, ἐπὶ πέντε ὀβελῶν ὀπτῶσι. οἱ δ' ἄλλοι ἕλληνες ἐπὶ τριῶν. καὶ γὰρ ὀνομάζουσι, οἱ Αἰολεῖς τὰ πέντε, πέμπε. Æoles ſoli inteſtina quinque verubus aſſant. Reliqui Græ. tribus. Et Æoles πέντε proferunt πέμπε. Hinc vides parata verua ad torrenda inteſtina victimarum. Coxæ enim à ſacerdote in fiſſilibus cremabantur.

μηρ'

μηρά.) neutraliter tanquam à ſingulari μηρὸν, femur. Vſitatius tamen maſculinum ὁ μηρὸς, cuius diminutiuum, τὸ μηρίον.

ἐκάην, ης, η.) Aor.2 paſſ. verb. καίω, vro.

τὸ σπλάγχνον.) viſcus, cor, inteſtina vitaliora, qualia ſunt cor, pulmo, iecur. Item miſericordia. Conuiuij autem agitandi primus cibus erant ipſa viſcera.

ἐπάσαντο.) 3.pl. Aor.1. verbi πάομαι, guſto Aliàs poſſideo, acquiro, fut. πάσομαι.

μιστύλλω.) minutim ſeco. Deriuatur ab inuſitato ſuperlatiuo μεῖστος, cuius comparatiuus μείων, poſitiuus μικρὸς, paruus.

ἔπειραν.) 3.pl. Aor.1. verbi πείρω, figo, fut. περῶ, Aor.1. ἔπειρα.

ὤπτησαν.) 3.pl. Aor.1. verbi ὀπτάω, torreo, fut. ήσω.

περιφραδέως.) valde ſcienter, peritè, cautè. Compoſitum à περὶ quod in compoſitione ſupra modum, valde aliquando ſignificat, & φράζομαι, obſeruo, caueo, conſulo.

ἐρύσαντο.) 3.pl. Aor.1. verbi ἐρύω, traho.

ſed postquam ceſſarunt à labore, feceruntque conuiuium,
Αὐτὰρ ἐπεὶ παύσαντο πόνου, τετύκοντό τε δαῖτα,
epulabantur, neque quidquam animus egebat epulo æquali.
Δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης.
ſed poſtquam potus & eſus deſiderium emiſerunt,
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,
iuuenes quidem pateras coronauerunt potu.
Κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.
diſtribuerunt verò omnibus inchoantes poculis,
Νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν,
illi verò tota die cantu Deum placabant,
Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο,
pulchrum canentes Pæonem filii Achiuorum,
Καλὸν ἀείδοντες Παιήονα κοῦροι Ἀχαιῶν,
canentes longe operantem, ille verò mente delectabatur audiens,
Μέλποντες ἑκάεργον, ὁ δὲ φρένα τέρπετ' ἀκούων.
quando verò ſol occidit, & crepuſculum aduenit,
Ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν,
certè tunc dormierunt iuxta rudentes nauis,
Δὴ τότε κοιμήσαντο παρὰ πρυμνήσια νηός.



НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

παύσαντο.) 3.pl.Aor.medij verbi παύω,ceſſare facio. παύομαι, autem ceſſo.

τετύκοντο.)reduplicatio pro ἐτύκοντο,3.pl.Aor.2.verbi.

τεύχω.) apparo,inſtruo fabrico cuius Aor.2. ἔτυχον, & Ionicè non ſeruata aſpiratione, ἔτυκον,medius ἐτυκόμην.

δαίνυντο.)pro ἐδαίνυντο,3.pl.imperf.δαίνυμαι,epulor.Deriuatur à δαὶς τῆς δαιτὸς epulum, cuius primitiuum δαίω, partior, vt ſuprà dictum eſt.

τι ſubaudi κατὰ ſecundum quid quodammodo.

ἐδεύετο.) epentheſis pro ἐδέετο,à δέομαι,indigeo,item rogo.

ἡ πόσις τῆς πόσιος.) potio fit à 2. perf.paſſ. verb. πίνω,bibo,cuius fut. πώσω tanquam à πόω.

ἡ ἐδητὺς τῆς ἐδητύος,eſus ab ἔδω, comedo.

ἐξ refertur ad ἔντο eſt tertia.pl.Aor.2.medij verbi ἐξίημι, emitto, cuius fut. ἐξήσω,2 Aor. ἔξην,medius ἐξέμην.

ὁ ἔρος, τοῦ ἔρου.) deſiderium,amor,aliàs,ὁ ἔρως τοῦ ἔρωτος.

κρητῆρες.) Ionicè pro κρατῆρες.Acc pl.à ſingul. κρατὴρ τοῦ ῆρος patera.Deducitur à verb. κεράω, miſceo, in pateris enim miſcebatur vinum & aqua.

ἐπεστέψαντο.) 3.pl.Aor.1.medij verbi ἐπιστέφω, corono.fut. στέψω.Primus Aor.ἔστεψα, medius ἐστεψάμην, ψω, ψατο. Iſtud autem ἐπεστέψαντο, idem eſt quod ad ſumma vſque craterum labra fuderunt. Vinum enim in ſumma poculi margine veluti coronam facit.

ποτὸς τοῦ ποτοῦ.) Ionicè ποτοῖο potus, fit à 3 perf. verb. πίνω, de quo paulò ante.

νώμησαν.) pro ἐνώμησαν,3. pl. Aor.1. verbi νωμάω, diſtribuo quod eſt poëticum,pro quo in proſa νέμω vſurpatur.

ἐπαρξάμενοι.)ſcilicet quibus partiendi epuli negotium datum erat.

δεπάεσσι.) datiuus,poëticus pro δέπασι à ſing. τὸ δέπας, τοῦ δέπατος,poculum.

πανημέριοι.) toto die, ſic dicuntur qui per totam diem aliquid faciunt, vt enim & ſingularis πανημέριος cui opponitur παννύχιος.

ἡ μολπή.) cantus,à μέλπω,cano.

παιήων τοῦ παιήονος.) Hymnus in Apollinem vel ἐπὶ τῇ παύσει τοῦ λοιμοῦ, ὡς ὁ νῦν ᾀδόμενος, vel ἐπὶ παύσει τοῦ πολέμου, ob ceſſationem peſtis,vt qui nunc cantatur, vel ob ceſſationem belli: fitque ideo hæc dictio à verb. παύω, ſedo, ceſſare facio. Et poëta quidem ipſum παιήονα vocat. Alij verò παιῶνα, & παι‑

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

να, vnde verba παιονίζειν, & παιανίζειν iſtuſmodi cantum canere.

Ἦμος & τῆμος.) aduerbia temporis quæ dum, & tum ſignificant, donec, tunc.

ἠέλιος pro ἥλιος.) dum autem fit iſta ἐπέκτασις, prior aſpirata leuigatur.

κατέδυν, υς, υ.) Aor. 2. verb. καταδύω, ſeu καταδύμι, demergo hoc in loco quando occidit ſol. hinc & occaſus δύσις, & δυσμή, dicitur.

τὸ κνέφας, ατος.) crepuſculum.

κοιμήσαντο.) 3. pl. Aor. 1. medij verbi κοιμάω, ſopio, dormire facio, κοιμάομαι verò, dormio.

πρυμνήσια.) de hoc nomine ſuperiùs.

quando verò mane genita apparuit roſeis digitis Aurora,
Ἦμος δ᾽ ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
& tunc poſtea reducebantur ad exercitum latum Achiuorum
Καὶ τότ᾽ ἔπειτ᾽ ἀνάγοντο μετὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν.
illis verò ſecundum ventum mittebat longè operans Apollo.
Τοῖσιν δ᾽ ἴκμενον οὖρον ἵει ἑκάεργος Ἀπόλλων.
illi verò malum erexerunt, & vela alba expanderunt.
Οἱ δ᾽ ἱστὸν στήσαντ᾽, ἀνά θ᾽ ἱστία λευκὰ πέτασσαν.
inflauit verò ventus medium velum, circa verò fluctus
Ἐν δ᾽ ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἱστίον, ἀμφὶ δὲ κῦμα
carinam niger valde ſtrepebat nauis vadentis.
Στείρῃ πορφύρεον μεγάλ᾽ ἴαχε νηὸς ἰούσης.
illa verò currebat per fluctum traiiciens vias.
Ἡ δ᾽ ἔθεεν κατὰ κῦμα διαπρήσσουσα κέλευθα.
ſed poſtquam venerunt ad exercitum latum Achiuorum.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ᾽ ἵκοντο κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν,
nauem quidem illi nigram in continentem, traxerunt,
Νῆα μὲν οἵγε μέλαιναν ἐπ᾽ ἠπείροιο ἔρυσσαν,
alte in arena ſubtus verò fulcra longa
Ὑψοῦ ἐπὶ ψαμάθοις, ὑπὸ δ᾽ ἕρματα μακρὰ
extenderunt,
τάνυσσαν.



НБОНУ імені І.І. Мечникова

ipſi verò diſpergebantur per tentoriaque naueſque.

Αὐτοὶ δ' ἐσκίδναντο κατὰ κλισίας τε νέας τε.

ἠριγένεια.) Auroræ epithetum, frequens apud poëtam. compoſitum ab ἦρ τοῦ ἦρος mane & γίνομαι, fio, naſcor, quæ videlicet mane naſcitur.

φάνη pro ἐφάνη) 3. ſing. Aor. 2. paſſ. verbi, φαίνω, oſtendo, appareo.

ὁ καὶ ἡ ῥοδοδάκτυλος.) roſeos habens digitos, à ῥόδον, roſa, & δάκτυλος, digitus.

ἡ ἠὼς τῆς ἠόος, οῦς) 4. contractorum, id eſt Aurora, Atticè ἕως; & Doricè, ἀώς.

ἀνάγοντο.) pro ἀνήγοντο, reducebantur.

εὐρὺς. εῖα, ὺ.) latus, g. εος, είας, εος, acc. ὺν, εῖαν, ὺ.

ἴκμενον.) quaſi ἰκνεῖσθαι ποιοῦμενον, ventum qui nauem ire faciebat, flans ſcilicet à puppe, quem & idem οὖρον vocat ab οὐρά τῆς οὐρᾶς cauda, puppis autem eſt poſterior pars nauis, & veluti cauda.

ἵει.) 3 ſing. imperf. verb. ἵημι, mitto, tanquam ab ἱέω.

στήσαντο.) pro ἐστήσαντο, ſtare fecerunt, erexerunt, 3. pl. Aor. 1. medij verbi ἵστημι, ſtatuo, ſtare facio.

πέτασσαν.) pro ἐπέτασαν, 3. pl. Aor. 1. verbi πετάννύω, ſeu πετάννυμι, expando, quod ſumit ſua temp. tanquam à πετάω.

ἐν.) refertur ad πρῆσεν, 3. ſing. Aor. 1. verbi, πρήθω, flo, & etiam incendo, fut. ήσω.

στείρῃ.) Ionicè pro στείρᾳ, dat. ſing. à nominatiuo στεῖρα, carina, aliàs στεῖρις, ιδος, ſignificat etiam ſterilem.

πορφύρεον.) hoc eſt nigrum, nam purpurea in nigrorem vergunt, vt iam dictum eſt.

ἴαχον, ες, ε.) imperf. verb. ἰάχω, clamo, à quo Iachus Bacchus dicitur, ob clamores ebriorum.

διαπρήσσουσα.) traiiciens, participium præſentis πρήσσω, traiicio, tranſeo quod deriuatum vult Euſtathius à περάω, ſcilicet à futuro περάσω. Ionicè περήσω, facta ſyncop. πρήσω & duplicato σ πρήσσω.

κέλευθα.) ſubaudiendum ὑγρά, humidas vias.

ἵκοντο.) 3 pl Aor. 2. medij verbi ἱκνέομαι, οῦμαι, venio, quod ſumit ſua tempora ab ἵκομαι.

ἠπείροιο.) Ionicè pro ἠπείρου, à nominatiuo ἤπειρος, continens, hoc eſt immenſum terræ ſpatium, continens multa regna nullo

mari ſeparata, & videtur dici quaſi ἄπειρ☉, ſine fine, ab α priuatiua, & πέρας, finis. Eſt etiam nomen proprium regionis, quæ hodie Albania.

ἔρυσαν, pro εἴρυσαν.) 3. pl. Aor. 1 verb. ἐρύω, traho.

ὑπό.) refertur ad τάνυσαν, quod eſt 3 pl. Aor. 1. verbi τάνυω, extendo.

τὸ ἕρμα τοῦ ἕρματος.) fulcimentum, hoc eſt ligna quæ ſupponuntur nauibus in terram tractis, ne putreſcant. Dicitur autem ἕρμα, per ſyncop. quaſi ἔρεισμα, firmamentum, ab ἐρείδω, firmo, fulcio.

ἐσκίδναντο.) 3. pl. imperf. σκίδναμαι, diſpergor, quod fit à σκίδνημι cuius primitiuum σκιδνάω.

νέας.) Atticè pro ναῦς, eſtque accuſatiuus pluralis, à ſingul. ναῦς, g. ναός, Atticè νεώς.

ſed ille iraſcebatur nauibus aſſidens celeriter gradientibus
Αὐτὰρ ὁ μήνιε νηυσὶ παρήμενος ὠκυπόροισι 418.
nobilis Pelei filius pedibus celer Achilles.
Διογενὴς Πηλέως ὑιὸς πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.
neque vnquam in foro verſabatur honorante viros,
Οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν,
neque vnquam bello, ſed corrumpebat charum cor.
Οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον γ', ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ
illic manens, deſiderabat vero clamorem, bellumque
Αὖθι μένων, ποθέεσκε δ' ἀϋτήν τε, πόλεμόν τε.

μήνιε pro ἐμήνιε.) imperf. verb. μηνίω.

νηυσί pro νηυσι, Ionic.

παρήμεν☉.) particip. præſentis πάρημαι, aſſideo, ſimplex, ἧμαι, ſedeo.

ὠκυπόροισι.) Ionicè pro ὠκυπόροις, à ſingulari ὠκύπορ☉, celeriter gradiens, ab ὦκα, celeriter, & πορεύομαι, gradior.

πωλέσκετο.) 3. ſing. imperf. ἐπωλεσκόμην, cuius præſens πωλέσκομαι, verſor, aliàs πωλέω, cuius fut. πωλέσω, à quo interpoſito κ fit nouum thema, πωλέσκω.

κυδιάνειρα.) quæ honorat viros, à κῦδος, g. εος, ους, honor, gloria, & ἀνήρ vir. Crebrò hoc epithetum concioni, & loco in quem conueniunt homines de rebus acturi tribuit poëta.

φθινύθεσκε.) pro ἐφθινύθεσκε, formatur hoc imperf. à 2. ſing.

ἐφθίνυθες, imperf. verb. φθινύθω, corrumpo, tabeſcere facio, cuius primitiuum φθίνω, ſic & ποθέεσκε 3, ſing imperf. ἐπόθεον, ἐπόθεες, cuius præſens ποθέω deſiderò.

ἀϋτή.) clamor, vociferatio ab αὔω clamo, vociferor, capitur & pro ipſa pugna, in qua pugnantes ſe cum clamore inuicem adoriuntur.

ſed quando certè duodecima facta eſt Aurora,
Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς,
& tunc certè ad Olympum ibant Dij ſemper exiſtentes,
Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἴσαν θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
omnes ſimul, Iupiter verò præibat. Thetis verò non obliuiſcebatur mandatorum
Πάντες ἅμα, Ζεὺς δ' ἦρχε. Θέτις δ' οὐ λήθετ' ἐφετμέων
filij ſui, ſed illa emerſit è fluctu maris,
Παιδὸς ἑοῦ, ἀλλ' ἥγ' ἀνεδύσατο κῦμα θαλάσσης.
matutina verò aſcendit magnum cœlum, Olympumque
Ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν, Οὔλυμπόν τε.
Inuenit verò late videntem Saturnium, ſeorſum ſedentem ab aliis
Εὗρεν δ' εὐρύοπα Κρονίδην, ἄτερ ἥμενον ἄλλων
In ſummo vertice multum iugoſi Olympi
Ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο
& ante ipſum ſedebat, & cepit per genua
Καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γούνων
ſiniſtra, dextera verò ſub mento prehendens
Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα
precans alloquuta eſt Iouem Saturnium regem.
Λισσομένη προσέειπε Δία Κρονίωνα ἄνακτα.

ἴσαν.) 3. pl. imperf. verbi εἶμι eo.
αἰὲν pro αἰεί.) ſemper.
ἦρχε.) præibat vt rex 3. ſing. imperf. verbi ἄρχω, impero.
λήθετο pro ἐλήθετο.) 3. ſing. imperf. verb. λήθομαι, pro quo λανθάνομαι, obliuiſcor.
ἐφετμέων.) Ionicè pro ἐφετμῶν, g. pl. à ſingulari ἐφετμή τῆς

ἐφετμῆς,mandatum præceptum,à verb. ἐφίημι,mando.

ἑοῦ pro οὗ.) ſui, g. ſing. pronominis poſſeſſiui 3. perſonæ ὅς, ἥ, ὅν.

ἀποδυσάμενος, σω, σατο.) Aor.1.medius verb. ἀποδύω, ſeu ἀποδύμι,exuo,emergo,fut. ἀποδύσω.

ἠερίη pro ἠερία.) matutina,fit ab ἦρ, ἦρος mane,& etiam ver pro ἔαρ per ſynæreſin.

εὐρύοπα τοῦ εὐρύοπος.) latos habens oculos, latè videns: Deus enim omnia videt.Componitur ab εὐρὺ latus, & ὤψ, ὠπός oculus, vultus. Metri autem cauſa ω mutatur in ο.

ἄτερ) ſeorſum,ſeparatim.

πολυδειράς.) g. πολυδειράδος multa iuga ſeu prominentias habens,à πολὺ multus, & δειρὰς άδος iugum,cacumen

καθέζετο.) pro ἐκαθέζετο, 3.ſing. imperf. verbi καθέζομαι, ſedeo.

στῆ pro ἔστη.) 3.ſingular.Aor 2. ἔστην ab ἵστημι ſto,ſtare facio.

σκαιῇ.) Ionicè pro σκαιᾷ, ſiniſtra, ſic δεξιτερᾷ. Dextra manu vt nobiliore, partem Iouis tangit nobiliorem, læua verô vt ignobiliore. Datum eſt memoriæ apud antiquos moris fuiſſe, vt qui ad aliquem ſupplices accederent, eius caput, dextram, ac genua manibus tangerent. Per caput tactum, conſenſum petebant,nam in capite eſt τὸ λογιστικὸν, id eſt ratio, qua dictante, & duce nos annuimus, vel abnuimus. Per dextram verò faciendi eius quod petebatur facultas notabatur; quoniam in dextera manu τὸ πρακτικὸν, rei agendæ ſumma poteſtas ineſt. Poſtremò per genua prompta rei perficiendæ diligentia, quandoquidem genua τὸ κινητικὸν, id eſt mouendi, & progrediendi vim habent. Dicitur autem σκαιὰ, quaſi σκάζουσα, claudicans, in agendo ſcilicet opere.

ἀνθερεὼν τοῦ ἀνθερεῶνος.) locus ſub mento, qui barba veſtitur, & quaſi effloreſcit, ideóque ſic dictus quaſi ἀνθεσι ῥέων floribus fluens.

Iupiter pater, ſi quando certè te inter immortales iuui,
Ζεῦ πάτερ, εἴποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα, 503.
vel ſermonem,vel opera iſtud mihi perfice deſiderium.
Ἢ ἔπει, ἢ ἔργῳ τό δέ μοι κρήηνον ἐέλδωρ.



НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

honora mihi filium, qui celerrimi fati ſupra alios
Τίμησόν μοι υἱὸν, ὃς ὠκυμορώτατος ἄλλων
fuit, ſed illum nunc rex virorum Agamemnon
Ἔπλετ᾽, ἀτάρ μιν νῦν γε ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων
dehonorauit, capiens enim habet præmium ipſe auferens.
Ἠτίμησεν, ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας.
ſed tu illum honora Olympie prudens Iupiter.
Ἀλλὰ σύ πέρ μιν τῖσον Ὀλύμπιε μητίετα Ζεῦ.
tantiſper verò Troianis impone victoriam, donec Achiui
Τόφρα δ᾽ ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτος, ὄφρ᾽ ἂν Ἀχαιοὶ
filium meum honorauerint, augeant verò ipſum honore,
Υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν, ὀφέλλωσιν δέ ἑ τιμῇ.

ὄνησα.) Aor.1.verb. ὀνέω, iuuo pro ὤνησα.

τὸ ἔπος, εος, ους, εϊ, ει.) verbum, ſermo, vt plurimum verò pro carmine heroïco.

κρήηνον.) ſuperius dictum eſt, quemadmodum, & de ἐέλδωρ.

τίμησον.) Aor.1.imperatiui modi verbi τιμάω, honoro.

ὠκύμορος.) qui eſt celeris fati, ſeu cui fatale eſt celeriter mori; ab ὠκὺς celer, & μόρος fatum, huius ſuperlatiuus ὠκυμορώτατος.

ἔπλετο.) ſyncop. pro ἐπέλετο, 3.ſing. imperf. verb. πέλομαι, ſum.

ἠτίμησεν.) iam ductum, quemadmodum & ἀπούρας.

τῖσον.) Aor.1.imperatiui modi verbi, τίω honoro.

μητίετα.) vocatiuus à nominatiuo μητιέτης, ſapiens, mul. conſilij, à nomine μῆτις, g. ιος, conſilium.

Τόφρα.) tantiſper, ὄφρα, dum.

ὀφέλλω.) aureo.

ſic dixit, illam verò nequaquã alloquutus eſt nubiũ coactor Iupiter
Ὣς φάτο, τὴν δ᾽ οὔτι προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς,
ſed tacitus diu ſedebat. Thetis verò vt tetigit genua,
Ἀλλ᾽ ἀκέων δὴν ἧστο. Θέτις δ᾽ ὡς ἥψατο γούνων,
ſic tenebat inhærens, & interrogabat ſecundò rurſus.
Ὣς ἔχετ᾽ ἐμπεφυυῖα, καὶ εἴρετο δεύτερον αὖθις.
verum quidem certè mihi promitte & annue,
Νημερτὲς μὲν δή μοι ὑπόσχεο καὶ κατάνευσον

НБ ОНУ імені І. І. Мечникова

vel nega quandoquidem non tibi ineſt metus, vt bene ſciam.
Η ἀπόειπ᾽ ἐπεὶ οὔ τοι ἔπι δέος, ὄφρ᾽ εὖ εἰδῶ.
quantùm ego inter omnes inhonorata dea ſum.
Οσσον ἐγὼ μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη θεός εἰμι.

νεφεληγερέτα.) vocatiuus pro nominatiuo νεφεληγερέτης, nubiũ coactor, congregator, à νεφέλη, nubes, & ἀγείρω, congrego.

ἀκέων.) de hoc ſuperiùs.

ἥμην, ἧσο, ἧτο, vel ἧσο.) Imperf. verb. ἧμαι, ſedeo.

ἡψάμην, ψω, ψατο) Aor 1. verb. ἅπτομαι, tango, fut. ἅψομαι.

ἔχετο pro εἴχετο.) tenebat, 3. ſing. imperf. ἔχομαι, cuius actiuum ἔχω, habeo, teneo.

ἐμπεφυκὼς, ότος, ἐμπεφυῖα, υίας.) particip. perf. medij verbi ἐμφύω, ſeu ἐμφύμι, quod innaſcor ſignificat, vel ita tenaciter inhæreo. vt non ſolùm tangere ſed ſimul natus eſſe videar.

ἠρόμην, ου, ετο.) imperf. verb. ἔρομαι, interrogo.

Νημερτὲς.) aduerbiaſcit, poniturque pro νημερτῶς verè. Eſt autem νημερτὴς compoſitum à particula priuandi νη, & ἁμαρτέω pro quo ἁμαρτάνω erro, delinquo, pecco, vt ſit verus, qui non aberrat à verò.

ὑπόσχεο.) Ionicè pro ὑπόσχου. Aor. 1. imperatiui modi verbi ὑπισχνέομαι, promitto, quod ſumit ſua tempora à σχέω, fut. ὑποσχέσομαι, Aor. 2 ὑπεσχέμην.

εἶπε.) dic ἀπόειπε, denega.

ἔπι pro ἔπεσι ineſt.

τὸ δέος.) g. εος, ους, metus.

εἰδῶ, ῇς, ῇ.) Aor. 2. ſubiunct modi verbi εἴδω, ſcio.

hac verò magnũ ingemiſcens alloquutus eſt nubiũ coactor Iupiter
Τὴν δ᾽ μέγ᾽ ὀχθήσας προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς
certè pernicioſa opera quando me altercari immittes
Ηδὴ λοίγια ἔργ᾽ ὅτ᾽ ἐμ᾽ ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσεις
cum Iunone quando me irritet probroſis ſermonibus.
Ηρῃ, ὅτ᾽ ἄν μ᾽ ἐρέθῃσιν ὀνειδείοις ἐπέεσσιν.
illa verò, & ſic me ſemper inter immortales Deos
Η δὲ καὶ αὔτως μ᾽ αἰεὶ ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
obiurgat, & me ait in pugna Troianis auxiliari.
Νεικεῖ, καί τέ με φησὶ μάχῃ Τρώεσσιν ἀρήγειν.

НБ ОНУ імені І. І. Мечникова

ſed tu quidem nunc rurſus recede, ne te animaduertat

Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν αὖθις ἀπόστιχε, μή σε νοήσῃ

Iuno, mihi verò hæc curæ erunt donec perfecero.

Ἥρη, ἐμοὶ δέ κε ταῦτα μελήσεται ὄφρα τελέσσω.

eia age tibi capite annuam, vt perſuaſa ſis.

Εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃς.

iſtud enim ex me inter immortales maximum

Τοῦτο γὰρ ἐξ ἐμέθεν γε μετ' ἀθανάτοισι μέγιστον

ſignum. neque enim meum rurſus requirendũ, neque deceptiuum,

Τέκμωρ. οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλὸν,

neque imperfectum, quod capite annuero.

Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ', ὅπι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

dixit & nigris ſuperciliis annuit Saturnius;

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,

immortales verò comæ fortiter commotæ regis

Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος

capite ab immortali, magnum autem concuſſit

Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν

Olympum.

Ὄλυμπον.

ὀχθήσας.) partip. Aor. 1. verbi ὀχθέω, ingemiſco, εἰς ὕψος αἴρω τὸν θυμὸν in altum animum effero, metaphora ſumpta à ripis fluuiorum quæ ὄχθαι, dicuntur, & ipſis alueis ſunt altiores.

λοίγια.) pernicioſa, ſit à λοιγὸς pernicies.

ἐχθοδοπέω.) voce inimica aliquem alloquor. Componitur ab ἔχθος odium, inimicitia, & ὢψ ὀπὸς, vox.

ἐφήσω, σεις, σει.) fut. ab ἐφίημι, immito.

ἐρέθῃσιν.) Ionicè pro ἐρέθῃ, 3. ſing. præſentis ἐρέθω, ſubiunctiui modi alias ἐρεθίζω.

τὸ ὄνειδος.) probrum εος, ους, hinc ὀνειδεῖος, α, ον, probroſus.

νεικέω, obiurgo, fut. έσω.

ἀποστειχε.) & metri cauſa ἀπόστιχε, præſens imperatiui modi, ab indicatiuo ἀποστείχω, recedo, ſimplex στείχω, propriè ordine eo, vnde & στίξ, στιχὸς, ordo.

νοήσω, σῃς, σῃ.) Aor. 1. ſubiunct. modi à νοέω, animaduerto.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

μελήσομαι, σῃ, σεται ) fut. medium verbi μέλω, curæ ſum, quod ſumit ſua tempora à μελέω.

τελέσσω.) metri cauſa pro τελέσω, σῃς, σῃ, Aor. 1. ſubiunct. modi à verbo τελέω. perficio.

εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ.) ſimile eſt huic quod ſuperius εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι ſuntque iſta εἰ δ' ἄγε aduerbia hortationis.

πεποίθω θῃς, θῃ.) perf. medium ſubiunctiui modi à verb. πείθω, ſuadeo.

τὸ τέκμωρ.) g. ορ Θ, ſignum, finis mors, terminus.

παλινάγρετον.) rurſus requirendum ſcilicet, à me. Componitur hæc dictio à πάλιν, rurſus, & ἀγρέω, venor, vt fera quæ ab eluſis venatoribus, per eaſdem vias quæritur: dicit igitur Iupiter; Conſtans eſt, quod ſemel dixi, & immutabilis mea promiſſio.

ἀπατηλὸς, η, ον.) deceptiuus fit ab ἀπάτη, deceptio.

ὁ καὶ ἡ ἀτελεύτητος, καὶ τὸ, ον.) imperfectus, ab α priuandi particula, & τελευτάω, finio.

ἦ aphæreſis pro ἔφη dixit.

κυανέῃσιν,) Ionicè pro κυανέαις à ſingul. κύανε Θ, α, ον, cæruleus. Dicitur autem quaſi κυμάνεος, color qui vndarum colorem refert. Mare autem & aquæ colorem cœli exprimunt.

ἐπ'.) refertur ad νεῦσε.

ὀφρύσι.) dat. pl. à ſingulari ἡ ὀφρύς, ύος, ſupercilium, compoſitum volunt ab ὄμμα, oculus, & ῥύω, conſeruo, quòd oculos conſeruent ſupercilia.

ἀμβρόσιαι.) immortales. Componitur ab α priuatiua & βροτὸς mortalis, euphoniæ cauſa interiecto μ.

χαῖται, χαίτης.) coma, iuba, ſeta, cæſaries. Componitur à χέω, fundo, & ἅλλω, ſalio, funditur enim huc & huc ſaliens præcipuè in equis, vt oſtendit iſtud ἀμφὶ δὲ χαῖται ὤμοις ἀΐσσονται, circa verò humeros iubæ ſaliunt.

ἐπεῤῥώσαντο.) fortiter commotæ ſunt, eſt 3. pl. Aor. 1. medij verbi ἐπιῤῥωννύω, confirmo, corroboro, quod ſumit ſua tempora à ῥώω.

ὁ κρὰς τοῦ κρατὸς, caput.

ἐλέλιξεν.) 3. ſing. 1. Aor. verbi ἐλελίσσω, verto.

Illi verò poſtquā ita deliberarūt ſeparrti fuere, illa quidem poſtea

531. Τὼ γ' ὡς βουλεύσαντε διέτμαγεν. ἡ μὲν ἔπειτα

is mare ſaliit profundum à ſplendido Olympo.

Εἰς ἅλα ἆλτο βαθεῖαν ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

Iupiter verò ſuam ad domum, Dij verò ſimul omnes ſurrexerunt
Ζεὺς δὲ ἑὸν πρὸς δῶμα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἀνέσαν
ex ſedibus ſuo patri obuiam, neque qui ſuſtinuit
Ἐξ ἑδέων σφοῦ πατρὸς ἐναντίον, οὐδέ τις ἔτλη
expectare venientem, ſed obuii ſtererunt omnes,
Μεῖναι ἐπερχόμενον ἀλλ' ἀντίοι ἔσαν ἅπαντες.
ſic ille quidem hic ſedebat in throno, neque illum Iuno
Ὡς ὁ μὲν ἔνθα καθέζετ' ἐπὶ θρόνου, οὐδέ μιν Ἥρη
ignorauit intuita quòd illi communicauit conſilia
Ἠγνοίησεν ἰδοῦσ' ὅτι οἱ συμφράσσατο βουλὰς
argenteos pedes habens Thetis, filia marini ſenis.
Ἀργυρόπεζα Θέτις, θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος.
ſtatim cor ſcindentibus Iouem Saturnium alloquebatur.
Αὐτίκα κερτομίοισι Δία Κρονίωνα προσηύδα.

βουλεύσαντε.) nominatiuus dualis participij βουλεύσας, Aor. 1. verb. βουλεύω, conſulo.

διέτμαγεν.) ſyncop Boëotica pro διετμάγησαν, 3. pl. Aor. 2. paſſ verb. διατμήγω, diſcindo, ſeparo.

ἆλτο pro ἥλατο.) iam dictum.

ἀνέσαν pro ἀνέστησαν.) 3 pl. Aor. 2. ἀνέστην à verb. ἀνίστημι, ſurgere facio ſed Aor. 2. neutraliter ſignificat ſecus ac. Aor. 1. & præſens.

ἑδέων.) g. pl. à ſingulari τὸ ἕδος, ſedes, g. εος, ους, σφοῦ pro σφετέρου poſſeſſiuum 3. perſonæ, ἐναντίον, coram, obuiam, contra.

ἔτλην, ης, η.) Aor. 1. verbi τλῆμι tolero.

μεῖναι) Aor. 2. infinit modi, à verbo μένω, maneo.

ὁ θρόνος τοῦ θρόνου.) ſolium ſedes, fortè à θορέω, ſalio; iſtiuſmodi enim ſedes elatior exiſtens, videtur ab humiliore loco exilire & quodammodo erumpere.

ἠγνοίησεν.) epentheſis pro ἠγνόησεν, ſing. Aor. 1. verbi ἀγνοέω, ignoro fut. ησω.

συμφράσσατο pro συνεφράσατο.) 3. ſing. Aor. 1. medij verbi συμφράζω, communico, colloquor.

ἀργυρόπεζα.) pedes argenteos habens, ἀργύρεος, argenteus, & πέζα, quod idem ac πούς, ſignificat. Thetis autem habet pedes argenteos, quòd extremæ partes maris ſint interioribus albiores.

κερτόμιος.) mordax, cor ſcindens, componitur à κῆρ ſeu κέαρ, id eſt cor, & τέμνω, ſcindo.

quis verò iterũ tibi doloſis cõſiliis prædite Deorũ communicauit
Τίς δ' αὖ τοι δολομῆτα θεῶν συμφράσσατο
conſilia.
βουλάς;
ſemper tibi gratum eſt à me ſeorſum exiſtentem
Αἰεί τι φίλον ἐστὶν ἐμεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντα
occulta cogitantem determinare, nondum quidquam mihi
Κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν, οὐδέ τί πώ μοι
lubens ſuſtinuiſti dicere ſermonem, quem mente conceperis
Πρόφρων τέτληκας εἰπεῖν ἔπος, ὅττι νοήσῃς.

δολομῆτα.) vocatiuus à nominatiuo δολομήτης, g. ὁ δόλος, dolus, μῆτις τῆς μήτιος, conſilium.
ἐμεῦ pro ἐμοῦ) pertinet ad aduerbium νόσφιν, ſeorſum.
ἀπὸ.) pertinet ad particip. ἐόντα, abſentem.
κρυπτάδιος, α, ον.) occultus, fit à κρύπτω, abſcondo.
δικαζέμεν.) Ionicè pro δικάζειν, determinare, exequi, ſtatuere, & velut lata ſententia irreuocabiliter definire.
οὐδὲ.) refertur ad πω & ſignificat nondum.
πρόφρων.) lubens, volens.
τέτληκα, ας, ε.) perf. verbi τλῆμι, tolero, ſuſtineo, tanquam à τλάω.
νοήσῃς.) 2. ſing. Aor. 1. ſubiunct. modi, à verb. νοέω, cogito, animaduerto, quod fit à νοῦς, mens.

hanc verò excipiebat poſtea pater virorum Deorumque
Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Iuno ne certè omnes meos ſpera ſermones
Ἥρη μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους
ſcire, difficiles tibi erunt vxori quamuis exiſtenti.
Εἰδήσειν, χαλεποί τοι ἔσοντ' ἀλόχῳ περ ἐούσῃ.
ſed quem quidem conſentaneum audire, non quis poſtea
Ἀλλ' ὃν μέν κ' ἐπιεικὲς ἀκουέμεν, οὔτις ἔπειτα
neque Deorum prior hunc ſciret, neque hominum.
Οὔτε θεῶν πρότερος τόνγ' εἴσεται, οὔτ' ἀνθρώπων.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

quem verò ego ſeorſum à Diis velim cogitare.
Ὃν δ' ἂν ἐγὼ ἀπάνευθε θεῶν ἐθέλοιμι νοῆσαι.
nequidquam tu iſta ſingula interroga, neque ſcrutare.
Μή τι σὺ ταῦτα ἕκαστα διείρεο, μηδὲ μετάλλα.

ἔλπεο.) Ionicè pro ἔλπου, præſens imperatiui modi ἔλπομαι, ſpero, quod poëticum eſt, pro quo ἐλπίζω.

εἰδήσειν.) fut. infinit. modi tanquam ab εἰδέω, pro quo εἴδω, ſcio.

χαλεπὸς, ἡ, όν.) moleſtus, difficilis, grauis.

ὁ καὶ ἡ ἐπιεικὴς, καὶ τὸ ες.) beniguus. Apud Homerum ἐπιεικὲς idem quod ἐοικὸς, conſentaneum, ᾧ εἴκει τις διὰ τὸ λόγου ἄξιον εἶναι) cui quis cedit eo quod ratione dignum eſt.

εἴρεο.) Ionicè pro εἴρου, imperat. verb. εἴρομαι, interrogo.

μετάλλαε. μετάλλα.) Imperatiui verb. μεταλλάω, ῶ, ſcrutor, inquiro curioſè, fit metaphoricè à metallis quæ curioſè exquiruntur, & ex ipſis terræ viſceribus eruuntur. Dicta autem eſſe μέταλλα vult Euſtathius, διὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα πάντα ἐπιζητεῖσθαι. quòd demum poſt alia omnia de iis cogitarint homines.

hūc verò excipiebat poſteà bouinos oculos habēs veneranda Iuno
551. Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη.
grauiſſime Saturnie, qualem ſermonem dixiſti.
Αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες.
& nimis te antea neque interrogo, neque percunctor.
Καὶ λίην σε πάρος γ' οὔτ' εἴρομαι, οὔτε μεταλλῶ.
ſed valdè ſecurus ea conſultas, quæ velis,
Ἀλλὰ μάλ' εὔκηλος τὰ φράζεαι, ἅσσ' ἐθέλῃσθα.
nunc verò grauiter timeo in mente, ne te deceperit
Νῦν δ' αἰνῶς δείδοικα κατὰ φρένα, μή σε παρείπῃ
argenteos pedes habens Thetis, filia marini ſenis,
Ἀργυρόπεζα Θέτις, θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος.
matutina enim tibi aſſidebat, & prehendit per genua.
Ἠερίη γάρ σοί γε παρέζετο, καὶ λάβε γούνων.
ideo te puto annuiſſe verum, quòd Achillem
Τῷ σ' ὀΐω κατανεῦσαι ἐτήτυμον, ὡς Ἀχιλῆα

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

honoraueris, perdideris verò multos apud naues Achiuorum.
Τιμήσῃς, ὀλέσῃς δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

βοῶπι: τῆς βοώπιδος.) quæ eſt bubulis oculis, hoc eſt quæ oculos habet magnos & bene apertos, quod elegantiæ nota eſt.

ποῖος, α, ον.) qualis, hinc ποιότης qualitas.

λίην.) Ionicè pro λίαν nimis, valde.

ὁ καὶ ἡ ἀέκηλος.) pro ἔκηλος quietus, quaſi qui eſt ſeorſum à populo, ἑκὰς τοῦ λεῶ, vel qui ſe ipſum oblectat & demulcet ἑαυτὸν κηλέων.

ἅσσα.) Doricè pro ἅτινα componitur ab ἃ articulo neutro præpoſitiuo pl. numeri, & σα quod Doricè valet τινὰ neutrum plurale.

ἐθέλῃσθα.) Æolic. pro ἐθέλῃς velis.

δείδοικα.) metri cauſa pro δέδοικα perf. verbi δείδω timeo.

παρείπῃ.) alloquendo deceperit, in ſuas ſententias adduxerit, παραλογίσηται.

ὁ καὶ ἡ ἐτήτυμος καὶ τὸ ον.) verus, ineſt pleonaſmus τη pro ἔτυμος.

τιμήσῃς.) 2. ſing. Aor. 1. ſubiunct. modi verb. τιμάω honoro.

ὀλέσῃς.) 2. ſing. Aor. 1. ſubiunct. modi verb. ὀλλύω ſeu ὄλλυμι, perdo, quod ſua ſumit temp. ab ὀλέω.

hanc verò excipiens alloquebatur nubium coactor
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα
Iupiter.
Ζεύς.
infelix, ſemper quidem putas, neque te lateo.
Δαιμονίη, αἰεὶ μὲν ὀίεαι, οὐδέ σε λήθω.
facere verò tamen non quid poteris, ſed ab animo
Πρῆξαι δ' ἔμπης οὔτι δυνήσεαι, ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ
magis mihi eris, hoc verò tibi horribilius erit.
Μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι, τὸ δέ τοι καὶ ῥίγιον ἔσται.
ſi verò ita hoc eſt, mihi futurum eſt gratum eſſe,
Εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐστὶν, ἐμοὶ μέλλει φίλον εἶναι,
ſed tacita ſede, meo verò obtempera ſermoni.
Ἀλλ' ἀκέουσα κάθησο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

ne tibi non proſint quot Dij ſunt in Olympo,
Μή νύ τοι οὐ χραισμῶσιν ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ,
propiùs accedentes, quando tibi graues manus immiſero.
Ἆσσον ἰόνθ', ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω.

δαιμόνι(ος.) -α & Ionicè -η hic in malam partem ſumitur, ſcilicet pro infelix, aliàs enim beatus.

ὀΐεαι.) Ionicè pro ὀΐῃ quod eſt 2. ſingu. præſentis οἴμαι puto; quæ tamen 2. vt plurimum οἴει per ει.

λήθω.) poëticum pro λανθάνω, lateo.

πρῆξαι.) Ionicè pro πρᾶξαι. Aor. 1. infinit. modi à πράσσω, facio.

δυνήσεαι.) Ionic. pro δυνήσῃ 2 ſingul. fut. verbi δύναμαι poſſum, cuius fut. δυνήσομαι, ſic ἔσσεαι pro ἔσῃ, futur. verbi εἰμὶ ſum.

ῥίγιον.) terribilius, pro poſitiuo habet ſubſtantiuum τὸ ῥῖγος horror.

ἔσται.) ſyncop. pro ἔσεται 3 ſing. fut. ἔσομαι, ab εἰμί.

ἀκέουσα.) de eo ſuperiùs dictum.

κάθησο καθῆσο.) imperatiuus præſentis κάθημαι ſedeo. χραίσμωσι 3. pl. præſentis χραίσμω, ſubiunctiui modi, ſignificat proſum, vtilis ſum.

ἰόντε.) dualis participii Aor. 2 ἴον, ἴες, à verb. εἶμι, eo.

ἀάπτους.) valde tangentes, ſeu lædentes, ab α augendi particula, & ἴπτω lædo vel ἅπτομαι tango.

ἐφείω.) metri cauſa pro ἐφέω, quod eſt diſſolutio pro ἐφῶ. Aor. 2. ſubiunctiui modi à verb. ἐφίημι immito.

ſic loquuta eſt, timuit verò bouinos oculos habens veneranda
Ὣς ἔφατ', ἔδδεισεν δὲ βοῶπις πότνια
Iuno,
Ἥρη,
& tacita ſedebat flectens charum cor.
Καί ῥ' ἀκέουσα καθῆστο ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ.
ingemuerunt verò per domum Iouis Dij cœleſtes:
Ὤχθησαν δ' ἀνὰ δῶμα Διὸς θεοὶ οὐρανίωνες.
iis verò Vulcanus arte inclytus incœpit concionari,
Τοῖσιν δ' Ἥφαιστος κλυτοτέχνης ἦρχ' ἀγορεύειν,



НБ ОНУ імені І І Мечникова

Matri charæ amabilia ferens albas vlnas habenti Iunoni.
Μητρὶ φίλῃ ἐπίηρα φέρων λευκωλένῳ ἥρῃ.

γνάμψας,ψασα) flectens, particip. Aor 1. verbi γνάμπτω flecto, aliàs κάμπτω.

κλυτοτέχνης.) g.ꝯ arte inclytus, compoſitum à κλυτὸς celebris, qui auditur à κλύω audio,& τέχνη ars.

ὁ καὶ ἡ ἐπίηρος, καὶ τὸ,ον.) amabilis, quaſi ἐπίερατος ab ἐράω amo.

certè pernicioſa opera hæc erunt, nec ampliùs tolerabilia.
Η δὴ λοίγεια ἔργα τάδ' ἔσσεται, οὐδ' ἔτ' ἀνεκτά.
ſi certè vos cauſa mortalium contenditis ſic.
Εἰ δὴ σφὼ ἕνεκα θνητῶν ἐριδαίνετον ὧδε.
inter Deos verò tumultum impellitis, neque quidquam conuiuii,
Εν δὲ θεοῖσι κολῳὸν ἐλαύνετον· οὐδέ τι δαιτὸς
boni erit voluptas,quandoquidem deteriora vincunt.
Εσθλῆς ἔσσεται ἧδος, ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ.
matri verò ego ſuadeo & ipſi quamuis prudenti,
Μητρὶ δ' ἐγὼ παράφημι καὶ αὐτῇ περ νοεούσῃ,
patri dilecto amabilia ferre Ioui, vt non rurſus
Πατρὶ φίλῳ ἐπίηρα φέρειν Διΐ, ὄφρα μὴ αὖτε
obiurget pater nobis verò conuiuium turbet.
Νεικείῃσι πατὴρ, σὺν δ' ἡμῖν δαῖτα ταράξῃ.
ſi enim velit Iupiter fulgurator
Εἴπερ γάρ κ' ἐθέλῃσιν Ολύμπιος ἀστεροπητὴς
ex ſedibus euertere, ille enim multo fortior eſt:
Εξ ἑδέων στυφελίξαι, ὁ γὰρ πολὺ φέρτατός ἐστιν·
ſed tu illum ſermonibus attinge mollibus.
Αλλὰ σὺ τόν γ' ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσι.
ſtatim poſteà propitius Olympius erit nobis.
Αὐτίκ' ἔπειθ' ἵλαος Ολύμπιος ἔσσεται ἡμῖν.

ἀνεκτὸς,ἡ,ον.) tolerabilis, fit à 3.perf. paſſ. verbi ἀνέχομαι, tolero.

ἐριδαίνετον.) 2. dualis præſent. ἐριδαίνω contendo, aliàs, ἐρίζω.

κολῳὸς.) g.ꝯ tumultus,iurgium,rixa, fit per onomatopœiam,&

ab eo deducitur verbum κολοάω tumultuor.

ἐλαύνετον ) 2. dual. præſent. ἐλαύνω impello, proficiſcor, vehor equo vel curru.

τὸ ἦδος.) g. εος delectatio, aliàs ἡδονή.

χερείων. ) comparatiuus, peior, deterior, pro poſitiuo habet κακός.

νικάω, ῶ.) vinco, fit à νίκη victoria, quod nomen compoſitum volunt ab εἷς vnus & εἴκω cedo quaſi vni cedens. Nam vt ſit victoria, alterum alteri cedere neceſſe eſt.

προσφημι.) alloquor, perſuadeo, conſolor.

νοεούσῃ.) cogitanti, hoc eſt prudenti, participium præſentis νοέω cogito, animaduerto.

νεικείησι.) metri cauſa pro νεικέῃσι, quod eſt Ioniſmus pro νεικέῃ. 3. ſing. præſentis νεικέω ſubiunctiui modi, ſignificat hoc verbum obiurgo, contendo, à quo & τὸ νεῖκος iurgium, contentio: componitur autem à particula priuandi νὴ & εἴκω cedo.

σιὼ refertur ad ταράξῃ, quod eſt 3. ſing. Aor. 1. ſubiunctiui modi à verbo ταράσσω, vel ταράττω perturbo, fut. ξω.

ἀστεροπητὴς.) g. οῦ, fulgurator, fit ab ἀστεροπὴ fulgur quod dicitur quaſi ἀστέρος ὦπα ἔχουσα habens faciem, hoc eſt ſpeciem ſtellæ, per ſyncopem autem dicitur ἀστραπὴ, vnde verbum ἀστράπτω fulguro.

τὸ ἕδος.) ſedes, g. εος.

στυφελίξαι.) Aor. 1. infinitiui modi à verbo στυφελίζω duro moueo, agito, quatio, verto, deriuatur à στυφελὸς durus.

φέρτερος. φέρτατος.) fortior, fortiſſimus, pro poſitiuo habet ἐσθλὸν. Reperitur tamen φερτὸς, quod tolerabilis ſignificat.

καθάπτεσθαι ) infinitiuus pro imperatiuo, qua phraſi plerumque vtuntur Attici. Eſt autem præſens infinitiui modi verbi ἅπτομαι, tango.

μαλακός, ή, όν.) mollis.

ſic dixit, & impetu ſurgens poculum rotundum

Ὣς ἄρ᾽ ἔφη, καὶ ἀναΐξας δέπας ἀμφικύπελλον

matri charæ in manibus ponebat, & illam alloquutus eſt.

Μητρὶ φίλῃ ἐν χερσὶ τίθει, καί μιν προσέειπεν.

tolera mater mea & perfer triſtis quamuis.

Τέτλαθι μῆτερ ἐμὴ, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ.

ne te charam quamuis exiſtentem in oculis videam

Μή σε φίλην περ ἐοῦσαν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι

НБ ОНУ імені І. І. Мечникова

percuſſam : tunc verò nequaquam potero dolens quamuis
Θεινομένην· τότε δ' οὔτι δυνήσομαι ἀχνύμενός περ
prodeſſe, difficilis enim Olympius cui reſiſtatur.
Χραισμεῖν, ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι.
iam enim me, & aliter ſuccurrere cupientem
Ἤδη γάρ με, καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα
deiecit pede extendens à pauimento diuino.
Ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.
omni verò die ferebar, ſimul verò ſole occidente
Πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
decidi in Lemnum, modicus autem adhuc animus inerat.
Κάππεσον ἐν Λήμνῳ, ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν.
hic me Sinties viri continuò fouerunt cadentem.
Ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα.

ἀναΐξας.) particip. Aor. 1. verb. ἀναΐσσω aſſilio, ſurgo, ſimplex ἀΐσσω, ſalio fut. ξω.

ἀμφικύπελλον.) vel vtrimq; anſatum ἄμφωτον, quod poculi anſæ κυφαὶ, id eſt inflexæ ſint. coniectat alius per ἀμφικύπελλον, intelligi duplex poculum, id eſt cuius partes duæ ſibi ipſis imponuntur parte vtraque formam & vſum poculi præbente.

τίθει.) pro ἐτίθει. 3. ſing. imperf. ἐτίθεον à τιθέω, aliàs τίθημι pono.

ἀνάσχεο.) Ionicè pro ἀνάσχου. Aor. 2. imperatiui modi à verbo ἀνέχομαι, tolero, fut. ἀνέξομαι. Aor. 2. ἀνεσχόμην tanquam à σχέω.

θεινόμενος, η, ον.) particip. præſentis θείνομαι, cuius actiuum θείνω verbero, pulſo.

ἀργαλέος.) difficilis, moleſtus, quaſi ἀλγαλέος, ab ἄλγος, dolor.

ἀλεξέμεναι.) Doricè pro ἀλεξεῖν infinitiuus præſent. ἀλεξέω, auxilio, opitulor.

μεμαῶτα.) ac. ſing. particip. perf. verbi μάω valde cupio, cuius fut. μήσω perf. μέμηκα, & facta diſſolutione μέμαα, correpta penultima quæ producebatur, cuius particip. μεμαώς, υῖα, ός, g. αῶτος.

ῥίψε pro ἔρριψε.) 3. ſing. Aor. 1. verb. ῥίπτω iacio, emitto, iaculor.



НБОНУ імені І.І. Мечникова

τεταγών.) anadiploſis pro ταγών, particip. Aor.2.verb. τάζω, extendo.

βηλὸς τοῦ βηλοῦ.) pauimentum, deriuatum à βάω, pro quo βαίνω, gradior, ſuper quod videlicet inceditur: ſunt tamen qui hoc nomine aſtrorum ac ætheris ambitum, alij ſupremum omniáque circumplectentem aëra. Nonnulli pro Olympo accipiunt, & pro ianua.

θεσπεσίοιο.) Ionic. pro θεσπεσίου, à nominatiuo θεσπέσιος diuinus quaſi θεόθεν πεσὼν diuinitus lapſus.

καταδὺς δύντος.) particip. verbi καταδύω ſeu καταδύμι, ſubeo, demergo. De eo ſuperiùs dictum.

κάππεσον pro κατέπεσον.) Aor.2.verb. καταπίπτω decido.

ἡ λῆμνος τῆς λήμνου.) Lemnos in mari Ægeo, non longè ab Atho monte qui Thraciæ eſt, ſacra autem Vulcano perhibebatur, quòd frequenter fulminibus peteretur, per Vulcanum autem ignis intelligitur qui ideo ἥφαιστος, dicitur quaſi ἄφαυστος, non tangibilis. Claudus autem fingitur, quòd ignis & fulmen ſinuosè ferantur.

σίντιες.) nom.pl. à ſingulari σίντις τοῦ ιος. Erant Sinties Lemni inſulæ incolæ, homines malefici, qui primi arma fabricarunt, eaque de cauſa ita dicti παρὰ τὸ σίνεσθαι hoc eſt à nocendo.

ſic dixit, ſubriſit verò Dea albas vlnas habens Iuno,
Ὣς φάτο, μείδησεν δὲ θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
cum ſubriſiſſet verò, à filio cepit manu poculum.
Μειδήσασα δὲ, παιδὸς ἐδέξατο χειρὶ κύπελλον.
ſed ille aliis Dijs dextera omnibus
Αὐτὰρ ὁ τοῖς ἄλλοισι θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν
fundebat dulce nectar à patera hauriens.
Οἰνοχόει γλυκὺ νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσων.
inextinguibilis verò excitatus erat riſus beatis Diis,
Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσι,
vt viderunt Vulcanum per domos laborantem.
Ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.
ſic tunc quidem tota die ad ſolem occidentem
Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
epulabantur, neque ampliùs animus indigebat conuiuio æquali:
Δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης,

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

non quidem cithara perpulchra, quam tenebat Apollo,
Οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ᾽ Ἀπόλλων,
muſiſque quæ canebant ſe inuicem excipientes voce pulchra.
Μουσάων θ᾽, αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ.

μείδησεν pro ἐμείδησεν.) 3 ſing. Aor.1.verb. μειδιάω, aliàs μειδιάω ſubrideo.

ἐνδέξια.) aduerbiaſcit, ſcitè, dextrè. Nam rebus gerendis aptos, dextros vocamus, vt contra ineptos ſiniſtros.

ᾠνοχόει pro ἐῳνοχόει.) 3.ſing.imperf.verb.οἰνοχοέω, vinum fundo, hoc in loco ponitur pro fundo ſimpliciter.

τὸ νέκταρ τοῦ νέκταρος.) Deorum potus, componitur à particula priuanti νε & κτῶ ſeu κτῶμαι poſſideo, quaſi τὸ ἄκτητον quod non poſſidetur, quod nullius mortalium eſt κτέαρ, hoc eſt poſſeſſio.

ἀφύσσω.) haurio fut. ξω.

ὁ καὶ ἡ ἄσβεστος.) inextinguibilis ab α priuatiuo, & σβεννύω ſeu σβέννυμι extinguo, quod ſua ſumit tempora tanquam à σβέω.

ἐνώρτο.) 3. ſing. plusquam perf. paſſ. verb. ὀρνύω ſeu ὄρνυμι excito, quod facit ſua temp. ab ὄρω, fut. ὀρῶ perf. ὦρκα perf. pa. ὦρμαι plusquam perf. ὤρμην, ὦρσο, ὦρτο. Compoſitum ἐνῶρτο.

ὁ γέλως τοῦ γέλωτος.) riſus.

μακάρεσσι.) datiuus pluralis poëticus à nominatiuo ſingulari ὁ καὶ ἡ καὶ τὸ μάκαρ beatus. Conueniens Diis epithetum qui morti non ſunt obnoxij, τῇ κηρὶ μὴ ὑποκείμενοι. Nam componitur à particula priuatiua μὴ, & κὴρ, mors, fatum.

ποιπνύοντα.) ac. ſing. præſentis ποιπνύω, quod vt vult Euſtathius ſcitè laboro ſignificat, fitque à πονέω, πονύω, & per ſyncopem πνύω & per reduplicationem ποιπνύω.

πρόπαν.) ſubaudi. κατὰ, iſtud autem πρὸ iunctum τῷ παῖ, auget ſignificatum ſolido die, quantus fuit, ſine vlla intermiſſione.

ἡ φόρμιγξ τῆς φόρμιγγος.) cithara: quidam dictum volunt ἀπὸ τοῦ φροιμίου ſeu προοιμίου, hoc eſt à prooemio; hinc & φορμίζειν modulari.

ὁ καὶ ἡ περικαλλὴς καὶ τὸ ες.) perpulcher, περὶ auget.

ἔχε pro εἶχε.) tenebat.

ἡ ὄψ τοῦ ὀπὸς.) vox dat. τῇ ὀπί.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

ſed poſtquam occidit ſplendidum iubar ſolis.
Αὐτὰρ ἐπεὶ κατέδυ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.
illi quidem dormiturientes iuerunt domum vnuſquiſque,
Οἱ μὲν κακκείοντες ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστος,
vbi vnicuique domum valde inclytus vtroque pede mutilus
Ἡχι ἑκάστῳ δῶμα περικλυτὸς ἀμφιγυήεις
Vulcanus fecit peritis mentibus.
Ἥφαιστος ποίησ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσι.
Iupiter verò ad ſuum cubile iuit Olympius, fulgurator.
Ζεὺς δὲ πρὸς ὃν λέχος ἤϊ' Ὀλύμπιος ἀστεροπητής.
vbi antea dormiebat cùm ipſum dulcis ſomnus occuparet:
Ἔνθα πάρος κοιμᾶθ', ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι·
vbi dormiebat aſcendens, iuxta verò auream ſellam habens Iuno.
Ἔνθα καθεῦδ' ἀναβὰς, παρὰ δὲ χρυσόθρονος Ἥρη.

κακκείοντες.) nominatiuus pl. particip. præſentis κακκείω, quod eſt dormiturio, ſeu deſiderium dormiendi habeo ἔφεσιν ἔχω τοῦ κατακεῖσθαι εἰς ὕπνον. Eſt autem ſyncope pro κατακείω, κέω ſeu κέω parum vſitatum, primitiuum eſt τοῦ κεῖμαι, quod iaceo ſignificat.

ἔβαν.) ſyncope pro ἔβησαν 3. pl. Aor. 2. ἔβην tanquam à βίβημι, pro quo βαίνω gradior.

ἧχι.) qua, abundat χι.

ἀμφιγυήεις, τοῦ ἀμφιγυήεντος.) vtrumque, ſeu vtroque pede mutilatus compoſitum ab ἀμφὶ vtrimq; & γυὸς claudus, mutilus.

πραπίδεσσι.) datiuus poëticus à ſingulari ἡ πραπὶς τῆς πραπίδος mens, quod ſit παρὰ τὸ προορᾶν à præuidendo.

εἰδυίῃσι.) Ionic. pro εἰδυίαις dat. plu. partici. εἰδυῖα, cuius maſculinum εἰδὼς, perf. verbi εἴδω ſcio.

τὸ λέχος g. εος, ους.) cubile, fit à λέχομαι, quod etiam cubo ſignificat.

κοιμᾶτο pro ἐκοιμᾶτο.) 3 ſin. imperf. verb. κοιμάομαι, ῶμαι dormio cuius actiuum κοιμάω dormire facio, ſopio.

ὕπνος.) ſomnus, videtur dici quaſi ὑπόπονος, qui ex labore paritur.

*ἱκάνοιμι, οις, οι.*) optat. ab indicatiuo *ἱκάνω* venio.

*κάθευδε* pro *ἐκάθευδε.*) dormiebat, à *καθεύδω*, dormio, cuius ſimplex *εὕδω.*

*ἀναβὰς. αὐτος.*) particip. Aor. 2. verb. *ἀναβαίνω*, aſcendo.

*χρυσόθρονος.*) aureum thronum habens, tanquam regina, Thronus enim regiæ dignitatis indicium, aurum aútem elegantiam denotat.

FINIS.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова